# DE RATIONE,
# QUAE IN HISTORIA PLANTARUM INTER PLINIUM ET THEOPHRASTUM INTERCEDIT.

## DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINI
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

PROPOSUIT

**IOANNES GEORGIUS SPRENGEL**
CASSELLANUS.

MARPURGI CATTORUM.
TYPIS FRIEDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI.
MDCCCLXXXX.

THEODORO BIRT

SACRUM.

Ex quo Henricus Brunn scripsit ‚de auctorum indicibus Plinianis disputationem' (Bonnae 1856), permulti viri docti quaesiverunt de fide ac fontibus scriptoris Romani, ‚qui existimatus est esse aetatis suae doctissimus' (cf. Gell. IX, 16, 1). Atque omnes fere partes historiae naturalis nunc iam tractatae sunt. Ut omittam breviores dissertationes vel libellos, quibus res tantum attingitur, egerunt de chorographia (ll. II.—VI.): Oehmichen ‚de M. Varrone et Isidoro Characeno, Plini auctoribus primariis' (diss. Lips. 1873), D. Detlefsen ‚Varro, Agrippa und Augustus als Quellenschriftsteller des Plinius' in commentationibus in honorem Mommseni scriptis (Berol. 1877) et ‚Untersuchungen zu den geographischen Büchern des Plinius' in Philologi vol. XLVI. p. 691—703, E. Schweder ‚Beiträge zur Kritik der Chorographie des Augustus' (1878) et ‚die Konkordanz der Chorographie des Pomponius Mela und des Plinius' (progr. Kiel. 1879). Fontibus librorum de animalibus (ll. VIII.—XI.) iam ante Brunnium operam dederat Montigny ‚quaestiones in C. Plinii Secundi de animalibus libros' (diss. Bonn. 1844). Successerunt Theodorus Birt in libri, qui inscribitur ‚de Halieuticis Ovidio poëtae falso adscriptis' (Berolini 1878) capite nono, Fridericus Aly ‚Die Quellen des Plinius im 8. Buch der Naturgeschichte' (Marpurgi 1882) et ‚Zur Quellenkritik des älteren Plinius' (Magdeburgi 1885), G. Heigl ‚Die Quellen des Plinius im XI. Buch seiner Naturgeschichte' (pars prior, Marburgi ad Draviam 1885, pars altera, ibidem 1886.) In libros, quibus agitur de lapidibus deque artibus liberis (ll. XXXIII.—XXXVII.) inquisiverunt A. Brieger ‚de fontibus librorum XXXIII.—XXXVII.' (diss. Gryphiswald. 1857), Theodorus Schreiber ‚quaestiones de

artificum aetatibus in Plinii n. h. libris relatis' (specimen diss. Lips. 1872), Henricus Brunn (in libris academiae Monacensis 1875 p. 311 sqq.), Adolfus Furtwaengler ‚Plinius und seine Quellen über die bildenden Künste' (in annal. philol. supplem. IX. p. 1—78), nuperrime Hugo Voigt ‚de fontibus eorum quae ad artes pertinent n. h. Plinianae quaestiones' (diss. Hall. 1888). Quae cum ita sint, relinquuntur praeter librum septimum, quo agitur de hominis natura, libri phytologici (XII.—XIX.) et materia medica (ll. XX.—XXXII.), nisi quod de libro XXXII et Xenocrate egit Theodorus Birt (cf. ‚de Halieuticis' c. X). Quos libros, etsi disputatio de ceteris n. h. partibus minime absoluta est, tamen non inutile erit iam nunc adire, quippe qua quaestione nonnulla de Plini ingenio et indole in lucem vocentur antea occulta; cumque longum sit de cunctis illis libris uno tenore agere, mihi proposui indagare fontes librorum XII. et XIII., qui sunt de arboribus peregrinis.

Gravissimus totius antiquitatis in phytologia auctor fuit Theophrastus. Itaque si quis veterum post illum historiae plantarum operam dare conabatur, ille ante ceteros huic erat respiciendus. Nec vero Plinius conscripturus naturalem historiam illum neglegendi speciem prae se fert. Immo non modo ad libros phytologicos illum adhibuisse videtur, sed etiám ad paucos totius operis libros in auctorum indicibus desideratur nomen Theophrasti. Adde, quod et per textum saepius ille laudatur et interdum summis laudibus celebratur, qui ‚cuncta magna cura persecutus' (cf. XIX, 32) atque ‚inter celeberrimos Graeciae auctores' sit iudicandus (cf. XV, 1).

Librorum XII. et XIII. pars non exigua ad Theophrastum redire videtur cursim eos percurrenti — id quod Sillig in editione fecisse iudicandus est —; totius enim materiae tertia circiter pars illi respondet, quae copia argumenti satis esse videtur, ut, quae ratio Plinio intercedat cum illo, inde perspiciatur. Quod si quis miretur tamen non maiorem partem totius materiae ad illum referri, ex ipsa rerum natura sequitur, ut huius operae permulta occurrerent, quae illi prorsus ignota fuerant CCCXC annis Plinio priori (cf. XIX, 32) et proximo àb Alexandri aetate (cf. XIII, 101), cuius expeditione tunc primum patefactae erant terrae ad orientem vergentes. Consentaneum enim est per quattuor ferme saecula praesertim armis Romanorum illuc prolatis multa de natura locorum et hominum et bestiarum et plantarum aperta esse, quae priores effugerant. Praeterea Theophrasto plagae quae ad occasum et septentriones spectant si non prorsus ignotae — ut Gallia, Germania — tamen non ita perspectae erant. Itaque multarum arborum a Plinio descriptarum apud Theophrastum ne mentio quidem fit. Huc pertinent:

| | | |
|---|---|---|
| zingibori | Plin. XII, | 28 |
| pyxacanthum Chironium | — | 30—31 |
| macir et saccharon | — | 32 |
| bdellium | — | 35—36 |
| asarum | — | 47 |
| ladanum | — | 73—76 |
| bratus | — | 78 |
| strobus | — | 79—80 |
| cancanum et tarum | — | 98 |
| serichatum et gabalium | — | 99 |
| myrobalanum | — | 100—102 |
| adipsos | — | 103 |
| hammoniacum | — | 107 |
| sphagnos | — | 108 |
| cyprus | — | 109 |
| spondylion | — | 128 |
| malobathron | — | 129 |
| omphacium | — | 130—131 |
| uva populi albae (bryon) et vitis labruscae (oenanthe) | — | 132—133 |
| spatha (elate, palma) | — | 134 |
| arbores quaedam Syriae | XIII, | 51 |
| epicactis | — | 114 |
| tragion | — | 115 |
| tragon et brya silvestris | — | 116 |
| leo | — | 119 |
| Isidis crinis et chariton blepharon | — | 142 |

Aliis de plantis Plini Theophrastus nihil habet nisi nomina vel nominibus perpauca et exigua addit, e. g.:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| styracis | Plin. XII, | 81 et 124—125: | cf. Theophr.[1] | IX, 7, 3 |
| costi | — | 41 | — | IX, 7, 3. O. 28, 32, 34 |
| amomi | — | 48—49 | — | IX, 7, 2. O. 32 |
| cardamomi | — | 50 | — | IX, 7, 2 et 3. O. 25, 32 |
| mari | — | 111 | — | O. 33 |
| nardi | — | 42—46 | — | IX, 7, 2 et 3. O. 12, 33, 56 |
| aspalathi | — | 110 | — | IX, 7, 3. O. 25, 33. |

Nonnulla iam Theophrastus accuratius exposuerat, de quibus huic scriptori tamen licuit esse latiori, ut de

1) Ubi titulus operis non additur, subest ‚historia plantarum'.

| | |
|---|---|
| cinnamomo | XII, 85—94 |
| casia | — 95—98 |
| cytiso | XIII, 130—134 |
| palmis | — 26—50 |
| papyro | — 68—89 |

vel priorum enarrata corrigere, ut super

| | |
|---|---|
| ture et murra | XII, 51—72 |
| balsamo | XII, 111—123. |

Praeterea hic solet fabulas et eventa et ex scriptoribus priorum aetatum, ut Homero, Herodoto, et suae aetatis commentariis suis inserere. Quo in numero sunt capita

| | |
|---|---|
| de platano | XII, 6—13 |
| de ebeno | — 17—20 |
| de citro | XIII, 100—102. |

De condicionibus suae aetatis agit noster in tractatu de mensis XIII, 91—99 et de unguentis XIII, 1—25.

Nec non insunt his libris res, quas in partes longe diversas uterque scriptor explicat, qui loci infra singuli proferentur.

Quae cuncta complexi si distinguimus singulas Plini paragraphos ad rationem, quae iis intercedit cum Theophrasto, colliguntur haec:

46 paragraphorum argumenti apud illum nulla mentio fit,

10 paragraphorum ille sive nomina tantum stirpium habet sive perpauca iis addidit,

99 paragraphorum materiem tractat iam ipse, cuius enarrata et in Plinio inveniuntur, sed huic praesto erant fontes longe uberiores,

17 paragraphi e Theophrasto simul aliisque auctoribus compositae sunt,

36 paragraphorum materia ab utroque in diversas partes tractatur (in quibus 25 de unguentis).

Itaque cum decem paragraphos de suo Plinius addiderit ac de nonnullis locis exiguis, quid censendum sit, non satis constet, restant 58 paragraphi Plini, quarum argumenta cuncta ad Theophrastum redire videntur. Quae si respicimus, perspicuum est hunc ex illo, etsi deprompsisse videtur quaecunque poterat, tamen non per totam materiam pendere. Neque is in materia digerenda secutus

est ordinem Theophrasti sed proprium quoddam consilium. Ab India enim orsus situm et seriem terrarum sequitur ita, ut iis, quae ad oceanum spectant, tractatis transeat ad convexas in medium mare, quae cuiusque regionis propriae sint describendo plantas.

Totam naturalem historiam compositam esse per indicem notatorum — qua voce ipse utitur XXXIV, 37 — certo consilio undique collatorum probavit Furtwaengler (l. l.). Quod idem et de nostris libris valere facile apparebit paucis exemplis prolatis. De platano (XII, 6—13) quod inest caput musivi operis instar constat ex tribus locis Theophrasti diversis, uno Licini Muciani, duabus fabellis auctori aequali debitis, una particula ex libro quodam de cultu hortorum hausta, his noster nonnulla de suo addidit. De papyro (XIII, 68-89) contulerant octo auctores, praeterea inest Theophrastus, cuius nomen non laudatur; de hebeno (XII, 17—20) Vergilius, Herodotus, Fabianus, Theophrastus eodem modo. In eo capite, quod est de odoribus, quos Arabes ‚ad exteras gentes' petunt (XII, 78 sqq.), deinceps auctores feruntur ita: ‚historiae Claudi Caesaris', ‚auctor est Iuba', ‚Herodoto teste', ‚periti rerum adseverant', ‚antiquitas princepsque Herodotus', et quae sequuntur. Quae Eresii historiae plantarum libro quarto respondent, apud Plinium locis multum inter se distantibus inveniuntur:

| | | |
|---|---|---|
| Cap. II: | Plin. l. | XIII, 56—67 |
| IV, 3 | — | XIII, 104—106 et 111 |
| IV, 4 | — | XII, 15—34 multis aliis intermissis |
| IV, 5, 6 | — | XII, 6 et 7 |
| IV, 6 | — | XIII, 135—141 |
| IV, 7 | — | XII, 37—40 |
| IV, 8 | — | XIII, 68—69 et 107—110. |

Ut minutum quoque addam aliquid, quae de viribus noxiis stirpium Gedrosiae exstant apud illum IV, 4, 3, hic dirempta partim, ubi de Gedrosia sermo est (XII, 33 sq.), partim ubi de palmis (XIII, 50), profert.

Hinc satis apparet et nostris libris subesse indicem notatorum. Qua in re admirationem movet, quod Theophrastus non saepius excerptus est. E. g. libri quarti, de quo modo diximus, capitum

sexti et septimi (de stirpibus in mari nascentibus) fragmenta quidem apud nostrum (XIII, 135 sqq.) inveniuntur, sed plura sunt omissa. Omnino ut non permulta illa commemorem, quae hic repudiasse videtur, perpaucis exceptis capitibus unus ad unamquamque rem Theophrasti locus pertinet, quamvis plurimis eadem ab illo tractata sit. Qua re Plinius, cum constet eum catalogo notatorum usum esse, speciem praebet multa in Theophrasto repudiandi, quod cur fecerit non liquet. Quam rem priusquam subtilius persequamur, de locis agendum est, quibus et Plinius et Theophrastus concinunt, unde et huic rei lux afferetur.

In ordinanda materia Plinium non Theophrasti consilium secutum esse iam supra dictum est. Tamen per quandam operis partem illius ordinem servavit, cumque nullo alio loco id factum sit, hac parte ante ceteras cum illius verbis collata, quid intercedat inter utrumque quaerere mihi in animo est. Hic enim scriptor tractat XIII, 56—65 arbores Aegypti complures qua eadem re impletur Theophrasti h. pl. libri quarti caput alterum. Verba utriusque sunt haec[1]):

Plin. n. h. XIII, 56—65:

(56) Et Aegypto multa genera, quae non aliubi, ante omnia f i c u s ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro similis folio, magnitudine, aspectu; pomum fert non ramis sed caudice ipso, idque ficus est praedulcis sine granis interioribus, perquam fecundo proventu, scalpendo tantum ferreis unguibus, aliter non maturescit. (57) Sed cum hoc factum est, quarto die demetitur alio subnascente, s e p t e n o i t a n u m e-

Theophr. h. pl. IV, 2:

(1) Ἐν Αἰγύπτῳ γάρ ἐστιν ἴδια δένδρα πλείω, ἥ τε συκάμινος καὶ ἡ περσέα καλουμένη καὶ ἡ βάλανος καὶ ἡ ἄκανθα καὶ ἕτερ' ἄττα. Ἔστι δὲ ἡ μὲν σ υ κ ά μ ι ν ο ς παραπλησία πως τῇ ἐνταῦθα συκαμίνῳ· καὶ γὰρ τὸ φύλλον παρόμοιον ἔχει καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ὅλην πρόσοψιν, τ ό ν δ ὲ κ α ρ π ὸ ν ἰ δ ί ω ς φ έ ρ ε ι π α ρ ὰ τ ὰ ἄ λ λ α κ α θ ά π ε ρ ἐ λ έ χ θ η καὶ ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν β λ α σ τ ῶ ν οὐδ' ἀπὸ

1) Per omnes collationes, quotquot sequentur, ea quae in altero non reperiuntur litteris distractis expressa sunt, quae vero ab alterius sententia vel argumento abhorreant, linea supposita indicatur.

rosa partu per singulas aestates multo lacte abundante. Subnascitur, etiamsi non scalpatur, fetus quater aestate prioremque expellit immaturum.

τῶν ἀκρεμόνων ἀλλ' ἐκ τοῦ στελέχους, μέγεθος μὲν ἡλίκον σῦκον καὶ τῇ ὄψει δὲ παραπλήσιον, τῷ χυλῷ δὲ καὶ τῇ γλυκύτητι τοῖς ὀλύνθοις πλὴν γλυκύτερον πολὺ καὶ κεγχραμίδας ὅλως οὐκ ἔχοντα, πλήθει δὲ πολύν. Καὶ πέττειν οὐ δύναται μὴ ἐπικνισθέντα· ἀλλ' ἔχοντες ὄνυχας σιδηροῦς ἐπικνίζουσιν· ἃ δ' ἂν ἐπικνισθῇ τεταρταῖα πέττεται· τούτων δ' ἀφαιρεθέντων πάλιν ἄλλα φύεται καὶ ἄλλα ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου μηδὲν παραλλάττοντα· καὶ τοῦθ' οἱ μὲν τρὶς οἱ δὲ πλεονάκις φασὶ γίνεσθαι.

Materies proprii generis inter utilissimas. Caesa statim stagnis mergitur — hoc est eius siccari — et primo sidit, postea fluitare incipit, certoque eam sugit alienus umor, qui aliam omnem rigat. Cum innatare coeperit, tempestivae habet signum.

(2) Πολύοπον δὲ τὸ δένδρον σφόδρα ἐστὶ καὶ τὸ ξύλον αὐτοῦ εἰς πολλὰ χρήσιμον. Ἴδιον δὲ ἔχειν δοκεῖ παρὰ τἆλλα· τμηθὲν γὰρ εὐθὺς χλωρόν ἐστι· αὐαίνεται δὲ ἐμβύθιον· εἰς βόθρον δὲ ἐμβάλλουσι καὶ εἰς τὰς λίμνας εὐθὺς καὶ ταριχεύουσι· βρεχόμενον δ' ἐν τῷ βυθῷ ξηραίνεται· καὶ ὅταν τελέως ξηρὸν γένηται, τότε ἀναφέρεται καὶ ἐπινεῖ καὶ δοκεῖ τότε καλῶς τεταριχεῦσθαι· γίνεται γὰρ κοῦφον καὶ μανόν. Ἡ μὲν οὖν συκάμινος ἔχει ταύτας τὰς ἰδιότητας.

(58) Huic similiter quadamtenus quae vocatur Cypria ficus in Creta. Nam et ipsa caudice ipso fert pomum et ramis, cum in

(3) Ἔοικε δέ τις παραπλησία ἡ φύσις εἶναι καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης Κυπρίας συκῆς· καὶ γὰρ ἐκείνη φέρει τὸν καρπὸν ἐκ

crassitudinem adolevere, sed haec germen emittit sine ullis foliis radici simile. Caudex arboris similis populo, folium ulmo. Fructus quaternos fundit, totiens et germinat. Sed grossus eius non maturescit nisi incisura emisso lacte. Suavitas et interiora fici, magnitudo sorbi.

τοῦ στελέχους καὶ ἐκ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων, πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφίησι μικρὸν ἄφυλλον, ὥσπερ ῥιζίον, πρὸς ᾧ γε ὁ καρπός. Τὸ δὲ στέλεχος μέγα καὶ παρόμοιον τῇ λεύκῃ, φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ. Πεπαίνει δὲ τέτταρας καρποὺς ὅσαιπερ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις· οὐδένα δὲ πεπαίνει μὴ ἐπιτμηθέντος τοῦ ἐρινοῦ καὶ ἐκρυέντος τοῦ ὀποῦ. Ἡ δὲ γλυκύτης προσεμφερὴς τῷ σύκῳ καὶ τὰ ἔσωθεν τοῖς ἐρινοῖς· μέγεθος ἡλίκον κοκκύμηλον.

(59) Similis et quam Iones ceraunaniam vocant, trunco et ipsa fertilis. Sed pomum in siliqua. Ob id quidam Aegyptiam ficum dixere errore manifesto. Non enim in Aegypto nascitur sed in Syria Ioniaque et circa Cnidum atque in Rhodo, semper comantibus foliis, flore candido cum vehementia odoris, plantigera imis partibus et ideo superficie flaccescens[1]), sucum auferente subole. Pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto statim alterum parit, postea floret per arcturum, hieme fetus eius nutriente.

(4) Ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν· ἐκ τοῦ στελέχους γὰρ καὶ αὕτη φέρει τὸν πλεῖστον καρπὸν ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων ὥσπερ εἴπομεν ὀλίγον. Ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον διημαρτηκότες. Οὐ γίνεται γὰρ ὅλως περὶ Αἴγυπτον ἀλλ' ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Ἰωνίᾳ δὲ καὶ περὶ Κνίδον καὶ Ῥόδον. Ἀείφυλλον δὲ καὶ ἄνθος ἔκλευκον ἔχον καί τι βαρύτητος, μὴ μετεωρίζον δὲ σφόδρα καὶ ὅλως ἐκ τῶν κάτω παραβλαστητικὸν ἄνωθεν ὑποξηραινόμενον. Ἔχει δὲ ἅμα καὶ τὸν ἔνον καὶ τὸν νέον καρπόν· ἀφαιρουμένου γὰρ θατέρου μετὰ κύνα καὶ ὁ ἕτερος εὐθὺς φανε-

1) ita recte emendavit Mayhoffius e Theophrasto, codices: flavescent.

ρὸς κνούμενος. κύει γὰρ ὥσπερ βότρυς ὁμοσχήμων. Εἶτ' αὐξηθεὶς ἀνθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν. Ἀπὸ τούτου δὴ διαμένει τὸν χειμῶνα μεχρὶ κυνός. Ἡ μὲν οὖν ὁμοιότης ὅτι στελεχόκαρπα καὶ ταῦτα. Διαφοραὶ δὲ αἱ εἰρημέναι πρὸς τὴν συκάμινον.

(60) Aegyptus et perseam[1]) arborem sui generis habet, similem piro, folia retinentem. Fertilitas adsidua eius, subnascente crastino fructu, maturitas etesiarum adflatu. Pomum longius piro, inclusum amygdalae putamine et corio, colore herbido, sed ubi nux illi, huic prunum differens brevitate ac mollitia et quamvis blandiatur praedulcis suavitas, innocuum. (61) Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens a loto. Simulacra et ex ea factitavere.

(5) Ἐν Αἰγύπτῳ δ' ἐστὶν ἕτερον ι' περσέα καλούμενον, τῇ μὲν προσόψει μέγα καὶ καλόν, παραπλήσιον δὲ μάλιστα τῇ ἀπίῳ καὶ φύλλοις καὶ ἄνθεσι καὶ ἀκρεμόσι καὶ τῷ ὅλῳ σχήματι. Πλὴν τὸ μὲν ἀείφυλλον τὸ δὲ φυλλοβόλον. Καρπὸν δὲ φέρει πολὺν καὶ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει. Περικαταλαμβάνει γὰρ ὁ νέος ἀεὶ τὸν ἕνον· πέττει δὲ ὑπὸ τοὺς ἐτησίας· τὸν δ' ἄλλον ὠμότερον ἀφαιροῦσι καὶ ἀποτιθέασιν. Ἔστι δὲ τὸ μέγεθος ἡλίκον ἄπιος, τῷ σχήματι δὲ πρόμακρος, ἀμυγδαλώδης, χρῶμα δὲ αὐτοῦ ποῶδες. Ἔχει δὲ ἐντὸς κάρυον ὥσπερ τὸ κοκκύμηλον πλὴν ἔλαττον πολὺ καὶ μαλακώτερον. Τὴν δὲ σάρκα γλυκεῖαν καὶ ἡδεῖαν σφόδρα καὶ εὔπεπτον. Οὐδὲν γὰρ ἐνοχλεῖ πολύ προσενεγκαμένων. Εὔριζον δὲ

1) ‚Perseam' Pint. e Theophrasto et Dioscoride (I, 187. cf. quoque § 63) contra codicum auctoritatem.

τὸ δένδρον καὶ μήκει καὶ πάχει καὶ πλήθει πολύ· ἔχει δὲ καὶ ξύλον ἰσχυρὸν καὶ καλὸν τῇ ὄψει, μέλαν ὥσπερ ὁ λωτός, ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ κλινία καὶ τραπέζια καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ποιοῦσιν.

Non eadem gratia, quamquam fideli materie est arbor [1]), quam balanum appellavimus, magna ex parte contorta.

Navalis itaque tantum est.

(6) Ἡ δὲ βάλανος ἔχει μὲν τὴν προσηγορίαν ἀπό τοῦ καρποῦ· φύλλον δ' αὐτῇ παραπλήσιον τῷ τῆς μυρρίνης πλὴν προμηκέστερον. Ἔστι δὲ τὸ δένδρον εὐπαχὲς μὲν καὶ εὐμεγεθες οὐκ εὐφυὲς δὲ ἀλλὰ παρεστραμμένον. Τοῖ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες· εὐῶδες γὰρ ἔχει τὸν καρπὸν δὲ αὐτὸν ἀχρεῖον. Ἔστι δὲ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ὄψει παραπλήσιος τῷ τῆς καππάριος. Ξύλον δὲ ἰσχυρὸν καὶ εἰς ἄλλα τε χρήσιμον καὶ εἰς τὰς ναυπηγίας.

(62) At e diverso cuci in magno honore, palmae similis, quando et eius foliis utuntur ad textilia. Differt quod in bracchia ramorum spargitur. Pomo magnitudo quae manum impleat, colos fulvus, commendabili suco ex austero dulci. Lignum intus grande fir-

(7) Τὸ δὲ καλούμενον κουκιοφορόν ἐστιν ὅμοιον τῷ φοίνικι· τὴν δὲ ὁμοιότητα κατὰ τὸ στέλεχος ἔχει καὶ τὰ φύλλα· διαφέρει δὲ ὅτι ὁ μὲν φοῖνιξ μονοφυὲς καὶ ἁπλοῦν ἐστι, τοῦτο δὲ προσαυξηθὲν σχίζεται καὶ γίνεται δίκρουν,

---

1) ‚est arbor' iam Pint. collato Theophrasto. Codices ‚ex arbore'. Rectius videtur, quod Mayhoff e Moneo coniecit ‚est arbori ... contortae.

maeque duritiae, ex quo velares detornant anulos. In eo nucleus dulcis, dum recens est; siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantiae et ob id Persis gratissima.

*εἶτα πάλιν ἑκάτερον τούτων ὁμοίως· ἔτι δὲ τὰς ῥάβδους βραχείας ἔχει σφόδρα καὶ οὐ πολλάς. Χρῶνται δὲ τῷ φύλλῳ καθάπερ τῷ φοίνικι πρὸς τὰ πλέγματα. Καρπὸν δὲ ἴδιον ἔχει πολὺ διαφέροντα καὶ μεγέθει καὶ σχήματι καὶ χυλῷ· μέγεθος μὲν γὰρ ἔχει σχεδὸν χειροπληθές· στρόγγυλον δὲ καὶ οὐ προμήκη· χρῶμα ἐπίξανθον· χυλὸν δὲ γλυκὺν καὶ εὔστομον· οὐκ ἀθρόον δὲ ὥσπερ ὁ φοῖνιξ ἀλλὰ κεχωρισμένον καθ' ἕνα. Πυρῆνα δὲ μέγαν καὶ σφόδρα σκληρὸν ἐξ οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους· διαφέρει δὲ πολὺ τὸ ξύλον τοῦ φοίνικος· τὸ μὲν γὰρ μανὸν καὶ ἰνῶδες καὶ χαῦνον, τὸ δὲ πυκνὸν καὶ βαρὺ καὶ σαρκῶδες καὶ διατμηθὲν οὖλον σφόδρα καὶ σκληρόν ἐστιν. Καὶ οἵ γε δὴ Πέρσαι πάνυ <u>ἐτίμων</u> αὐτὸ καὶ ἐκ τούτου τῶν κλινῶν <u>ἐποιοῦντο</u> τοὺς πόδας.*

(63) Nec minus spina celebratur in eadem gente dumtaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id utilissima navium costis. Candidae facile putrescunt. Aculei spinarum

(8) *Ἡ δὲ ἄκανθα καλεῖται μὲν διὰ τὸ ἀκανθῶδες ὅλον τὸ δένδρον εἶναι πλὴν τοῦ στελέχους· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀκρεμόνων καὶ ἐπὶ τῶν βλαστῶν καὶ*

et in foliis, semen in siliquis, quo coria perficiunt gallae vice. Flos et coronis iucundus et medicamentis utilis.

ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει. Μεγέθει δὲ μέγα, καὶ γὰρ δωδεκάπηχυς ἐξ αὐτῆς ἐρέψιμος ὕλη τέμνεται. Διττὸν δὲ τὸ γένος αὐτῆς, ἡ μὲν γάρ ἐστι λευκὴ ἡ δὲ μέλαινα. Καὶ ἡ μὲν λευκὴ ἀσθενής τε καὶ εὔσηπτος· ἡ δὲ μέλαινα ἰσχυροτέρα τε καὶ ἄσηπτος· δι' ὃ καὶ ἐν ταῖς ναυπηγίαις χρῶνται πρὸς τὰ ἐγκοίλια αὐτῇ. Τὸ δένδρον δ' οὐκ ἄγαν ὀρθοφυές. Ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος καθάπερ τῶν χεδροπῶν, ᾧ χρῶνται οἱ ἐγχώριοι πρὸς τὰ δέρματα ἀντὶ κηκίδος. Τὸ δ' ἄνθος καὶ τῇ ὄψει καλὸν ὥστε καὶ στεφάνους ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ, καὶ φαρμακῶδες, δι' ὃ καὶ συλλέγουσιν οἱ ἰατροί.

Manat et cummis ex ea.

Γίνεται δὲ ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι· καὶ ῥέει καὶ πληγείσης καὶ αὐτόματον ἄνω σχάσεως.

Sed praecipua utilitas, quod caesa anno tertio resurgit.

Ὅταν δὲ κοπῇ μετὰ τρίτον ἔτος, εὐθὺς ἀναβεβλάστηκε. πολὺ δὲ τὸ δένδρον ἐστὶ καὶ δρυμὸς μέγας περὶ τὸν Θηβαϊκὸν νομόν,

Circa Thebas haec, ubi et quercus et persea et oliva,

οὗπερ καὶ ἡ δρῦς καὶ ἡ περσέα πλείστη καὶ ἡ ἐλάα. (9) Καὶ γὰρ ἡ ἐλάα περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐστί,

CCC a Nilo stadiis, silvestri tractu et suis fontibus riguo.

τῷ ποταμῷ μὲν οὐκ ἀρδευομένη, πλείω γὰρ ἢ τριακόσια στάδια ἀπέχει, ναματιαίοις δ' ὕδασιν· εἰσὶ γὰρ κρῆναι πολλαί. Τὸ δ' ἔλαιον οὐδὲν χεῖρον τοῦ ἐνθάδε πλὴν

κακωδέστερον διὰ τὸ σπανίοις τοῖς ἁλσὶ χρῆσθαι φύσει. Τὸ δὲ ξύλον τοῦ δένδρου καὶ σκληρὸν καὶ παραπλήσιον τεμνόμενον τὴν χρόαν τῷ λωτίνῳ.

(64) Ibi et prunus Aegyptia, non dissimilis spinae proxime dictae, pomo mespili, maturescens bruma nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura et copia messium instar incolis. Purgatum enim tundunt servantque eius offas.

(10) Ἄλλο δέ τι δένδρον ὃ κοκκυμηλές, μέγα μὲν τῷ μεγέθει καὶ τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ ὅμοιον τοῖς μεσπίλοις καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον πλὴν ἔχοντα πυρῆνα στρόγγυλον· ἄρχεται δὲ ἀνθεῖν μηνὸς Πυανεψιῶνος, τὸν δὲ καρπὸν πεπαίνει περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς· ἀείφυλλον δ' ἐστίν. Οἱ δὲ περὶ τὴν Θηβαΐδα κατοικοῦντες διὰ τὴν ἀφθονίαν τοῦ δένδρου ξηραίνουσι τὸν καρπὸν καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦντες κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάδας.

(65) Silvestris fuit et circa Memphin regio tam vastis arboribus, ut terni non quirent circumplecti, unius peculiari miraculo, nec pomum propter usumve aliquem, sed eventum. Facies est spinae, folia habet ceu pinnas[1]. Quae tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea renascuntur.

(11) Ὕλημα δὲ ἴδιόν τι φύεται περὶ Μέμφιν, οὐ κατὰ φύλλα καὶ βλαστοὺς καὶ τὴν ὅλην μορφὴν ἔχον τὸ ἴδιον, ἀλλ' εἰς τὸ συμβαῖνον περὶ αὐτὸ πάθος· ἡ μὲν γὰρ πρόσοψις ἀκανθώδης ἐστὶν αὐτοῦ καὶ τὸ φύλλον παρόμοιον ταῖς πτερίσιν. Ὅταν δέ τις ἅψηται τῶν κλωνίων ὥσπερ ἀφαναινόμενα τὰ φύλλα συμπίπτειν φασὶν εἶτα μετά τινα χρόνον ἀναβιώσκεσθαι

1) In textu auctoris scriptum fuisse videtur πτεροῖς aut Plinius eum minus accurate inspexit, cum scriberet ‚pinnas'.

πάλιν καὶ θάλλειν. Καὶ τὰ μὲν ἴδια τῆς χώρας, ὅσα γ' ἂν δένδρα τις ἢ θάμνους εἴποι, τὰ γ' ἐπιφανέστατα ταῦτ' ἐστί. Περὶ γὰρ τῶν ἐν τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς ἕλεσιν ὕστερον ἐροῦμεν, ὅταν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐνύδρων. (12) Ἅπαντα δὲ ἐν τῇ χώρᾳ τὰ δένδρα τὰ τοιαῦτα μεγάλα καὶ τοῖς μήκεσι καὶ τοῖς πάχεσιν· ἐν γοῦν Μέμφιδι τηλικοῦτο δένδρον εἶναι λέγεται τὸ πάχος, ὃ τρεῖς ἄνδρες οὐ δύνανται περιλαμβάνειν. Ἔστι δὲ καὶ τμηθὲν τὸ ξύλον καλόν· πυκνόν τε γὰρ σφόδρα καὶ τῷ χρώματι λωτοειδές.

Haec sequuntur apud Plinium nonnulla de cummi arborum, orsa a cummi spinae aegyptiae, quod iam supra a Theophrasto (cf. IV, 2, 8) commemoratum esse vidimus. Sed quod ille addiderat partim effluere cummi ex arbore scarifata partim sponte sine incisura, id a Plinio non communicatur nec eorum, quae ipse profert (XIII, 66) ‚Cummim optimam esse ex aegyptia spina convenit, vermiculatam, colore glauco, puram, sine cortice, dentibus adhaerentem. pretium eius in libras X III' ullum vestigium in Theophrasto est.

Iam vero hinc quid colligatur videamus. De plurimis rebus et gravissimis Plinius cum Theophrasto congruit. Sed raro eum ad verbum transtulit, immo in elocutione suum arbitrium sequi solet atque liberius plerumque illum transfert. Quod etsi verba huius scriptoris nullo loco versionis illius speciem praebent tamen interdum hunc ex illo emendandi potestate data — id quod locis postea excutiendis saepius accidet — probatur, quam vere Birt affirmaverit (l. l. p. 152) ‚caute edi Plinium non posse nisi ad verbum cum auctoribus suis quatenus exstant comparatum'.

Quamquam igitur de plerisque rebus inter hos consensio est, tamen nonnullis quoque discrepant. Ac primum quidem ordinem Theophrasti a Plinio non semper retentum esse animadvertimus legentes, cum tamen non perspiciatur, cur id factum sit. Neque enim noster certum in describendis arboribus consilium sequitur, neque aliae quaedam causae deprehenduntur. Quod eo magis miramur, quandoquidem satis leviter et cursim naturalem historiam esse confectam omnes viri docti consentiunt.

Melius ad id convenire videtur, quod hic res ab illo explicatas saepissime in artum collegit, id quod festinantis esse non inepte opinantur. Theophrastus saepe in elocutione latior, quem hic contrahere solet, ut paucis verbis eadem contineantur, quae pluribus illius. Et evenit, ut nimio brevitatis studio obscurus fieret, e. g. de fico Cypria, ubi haec profert (cf. supra § 58): ‚sed haec germen emittit sine ullis foliis radici simile' nec addit ex hoc ipso germine nasci pomum, id quod e conexu non cognosceretur, nisi apud Theophrastum exstaret *πρὸς ᾧ γε ὁ καρπός*. Eidem studio brevitatis videtur tribuendum, si (§ 59) cerauniam dicit trunco et ipsam fertilem esse; sed Theophrastus: plerumque trunco, ramis paullum. Et interdum, si prorsus interciderunt quae Theophrastus profert, idem consilium valuisse videtur. Sed in omissis longe plerisque ratio non invenitur; modo haec Theophrasti desiderantur modo illa. Ne brevitatis quidem studio quodam eum ductum esse probatur Theophrasti textu supra excusso. Nam quid tu censes rationis inesse, si alterius arboris nil nisi materiei bonitas et usus commemoratur ceteris omnibus rebus neglectis, in altera vero vires eaedem negleguntur, cum contra de nucleo complura addantur, quae in Theophrasto non sunt (cf. §§ 61—62 de balano et cucis). Nec mentio fit eiusdem rei de oliva Aegypti (§ 63) nec aliud exscriptum est nisi ubi nascatur, ne id quidem quod ille habet de oleo, quamvis plurimis locis de oleo apud hunc sit sermo, quamvisque usui potissimum arborum peregrinarum is studeat atque in initio libri duodecimi aperte pronuntiet; cf. § 14 ‚in praesentia externas persequemur a salutari maxime orsi'. Quis est, cui haec meditanti Plinium non Theophrasti verba sed alium potius fontem

temere et omni iudicio proprio deposito secutum esse in mentem non veniat?

Sed dubitatio multo maior, quam de his omissis, est de rebus additis a nostro ipso, quae illum deficiunt. Ea enim ad studium brevitatis, quae omittendi saepenumero causa fuit, minus quadrare videntur. Nec unde originem ceperint apertum est. Opinio enim, qua ea ex alio auctore inserta esse existimentur, tota ipsorum natura ac genere vetatur, neque hunc durissimum laborem perpetuum nostrum ipsum subisse, ut crederem, mihi persuadere potui. Nec consuetudini eius respondet complurium auctorum enarrata coniungere nullius nomine apposito, sed ubi id factum est, nomina auctorum ab eo laudari cum his libris tum per totam naturalem historiam satis perspicitur. Nulla cupiditate magis incensum fuisse nostrum quam gloriandi auctoribus quam plurimis adhibitis nemo, qui naturalem historiam perlegit, nescit. Et id studium multo magis pertinet ad res eas, quibus abhorret a Theophrasto. In omni enim re controversa nihil antiquius habuit, quam ut diversas sententias accurate exscriberet, et qua erat ambitione doctrinae, gaudio culmen addebatur, cum alicuius viri docti sententiam carbone notare ei licebat. Nihilominus saepius noster a Theophrasto et parvis et, ut infra satis superque probabitur, rebus gravissimis discrepat. Quid? post haec omnia nonne probabilis videtur coniectura Theophrasto a Plinio nec usurpatum ac ne lectum quidem esse?

Quae si probatur, iam non mirabimur, quod de cummi spinae Aegyptiae eodem fere conexu dato aliter perquam hic disputat neglecto illo; nec item, quod balanum hoc loco (§ 61) commemoratam putat eandem esse atque palmam illam paulo ante (§ 48) ex alio auctore eodem nomine donatam, arbores longe diversas; quod eum non effugisset, si de hac Theophrastum excussisset.

Sed quoniam ad id disputationis pervenimus, ut, Theophrastusne omnino a Plinio ad hos libros auctor assumptus sit, in dubium vocetur, haec tantae gravitatis quaestio summa totius dissertationis est facienda. Maiorem autem habet gravitatem, quia non modo ad hos ipsos libros attinet, sed si probatur illius historiam

plantarum usui non fuisse in Plini de arboribus peregrinis libris, verisimile fit eandem ne in ceteris quidem universis scriptoris nostri. Itaque mihi non licet contentum esse capite supra collato sed perlustranda sunt cetera omnia aut saltem eorum maior numerus.

Priusquam autem hanc adeamus quaestionem, necesse est disserere, quid operae noster in his libris consumpserit, et si opprobrium nimiae festinationis minorisque diligentiae etiam de his libris sustinere in animo est, id certis testimoniis est demonstrandum. Profecto dici ille potest ne in his quidem libris nimiae diligentiae reus fieri. Iam supra mentio facta est balani, quam XIII, 61 hic obiter commemorat, cum iam antea eam descripsisse sibi videatur, neque sentit longe diversas esse arbores, quibus, ut fere fiebat apud veteres, ab aliis auctoribus idem nomen datum erat. Quam enim Theophrastus vocat balanum (nunc: Hyperanthera Moringa) ea inter moringaceas, quae vocantur, ducitur, quibus habitus est papilionacearum a palmarum perquam alienus. Porro si pistacia (Pistacia vera L.) huic ‚nota' erat, ut e XIII, 51 concludi videtur, exspectandum fuit non effugisse eum, quod iam XII, 25 eandem arborem — sine nomine quidem — descripserat. Cum Plinius et hos libros, ut supra demonstratum est, composuisset nixus indice notatorum certo consilio ordinatorum, vix fieri potuisse putares, ut eandem arborem eodem libro diversis locis tractaret. Tamen tanta levitate usus de ‚styrace' bis (XII, 81 et 124—125) disseruit, ex diverso dumtaxat fonte; priore loco, ut sum probaturus, e Iuba, altero fortasse ex unguentario quodam. Et monendum est tum odorem designari acrem, tum ex austero iucundum. His locis mihi persuasum est librum duodecimum post scripturam primam ab auctore non esse retractatam. Nam si non saepius semel iterasset laborem, in hoc ei offendendum fuit. Non desunt cetera menda festinationis. Legimus XII, 9: ‚Celebratae sunt [1]) primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum XXXIII radice ramos

---

1) Pro ‚celebratae sunt' Silligius secutus Theophrastum (cf. etiam Varron. r. r. I, 37 ‚ut Theophrastus scribat, Athenis in Lyceo, cum etiam tunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse') emendavit ‚celebrata est'. Mendum ortum videtur falsa distinctione facta ex lectione ‚celebratae

antecedente'. Sed Academiam eum falso posuisse pro Lyceo docemur Theophrasto I, 7, 1 exhibente: *ἥγουν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν ἔτι νέα οὖσα ἐπὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν ἔχουσα τόπον τε ἅμα καὶ τροφήν.* Similiter res se habet XIII, 100. Thyon sive thyam inter delicias Circae ustam putat ab Homero tradi; sed hanc confudit cum Calypso, ad quam Mercurius Athena auctore mittitur eam iussurus Ulixem in patriam dimittere; is ubi in specum deae intravit:

*πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόθι δ' ὀδμὴ*
*κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει*
*δαιομένων* . . . (Od. ε, 60 sqq.).

XIII, 66—67 de cummi hic, ut supra diximus, Theophrastum prorsus neglexit. Quaecunque enim ille de hac re profert (cf. IV, 2, 8; IX, 1, 2; C. pl. VI, 11, 15 cett.) eorum hic nihil usurpavit. Tamen de cummi ulmorum mirabili quodam modo ad Theophrastum spectat. Sunt ipsius verba haec (§ 67) ‚. . . ulmo etiam in Coryco monte Ciliciae ac iunipiro ad nihil utile, ex ulmi vero cummi et culices nascuntur . . .' Theophrastus vero haec habet (III, 14, 1): *ἀλλ' ἐν ταῖς κωρυκίσι τὸ κόμμι καὶ θηρί' ἄττα κωνωποειδῆ φέρει.* Apparet Plini lectionem ‚in Coryco' errore ortam esse, male intellecta voce graeca, sed non ea, quae Theophrasti loco lato exstat forma sed *ἐν κωρύκῳ*. *κωρυκίδες* sunt folliculi, qui plagis insectorum moti ex foliis ulmi crescunt. voci *κώρυκος* nullo, quotquot exstant, loco eadem vis inest, sed ex Plini errore apparet, ab eius fonte vocem ita adhibitam esse, ut scriberetur *ἐν τῷ κωρύκῳ*. Atque ita legendum esse alio Theophrasti loco Schneider coniecit. H. pl. IX, 1, 2 enim legitur accepta translatione rectissima (de qua Schneider et Wimmer ad hunc locum): *πτελέας, καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι πλὴν οὐκ ἐκ τοῦ φλοιοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ*, ubi cum verba *ἐν τῷ ἀγγείῳ* ab interpretatoribus non intellegerentur, olim scriptum fuisse *ἐν τῷ κωρύκῳ* eamque lectionem

---

st', cum litterae ‚st' addita linea (st) pro compendio vocis ‚sunt' haberentur. Ceterum Plinius fontem minus accurate inspexit, ut demonstrabo, cum et de longitudine ramorum minus diligenter diceret. Cf. etiam XII, 65, ubi numerus ex fonte sanari nequit.

loco esse motam lectione tradita a librario quodam interpretandi causa superscripta Schneider vult. Sed nescio quomodo id fieri potuerit, ut κώρυκος, si ponitur cum sensu vocis κωρυκίς, exponatur voce ἀγγεῖον, ut omittam hoc loco non illud admitti sed exspectari dumtaxat: ἐν τῷ κωρυκίδι vel potius — ἐν τοῖς κωρυκίσι — sicut equidem censeo legendum esse ἐν τοῖς ἀγγείοις. Atque quin voci ἀγγεῖον hic eadem vis insit atque illo loco voci κωρυκίς, non dubium mihi videtur. Eadem res III. 15. 4 nominatur κοῖλα κωρυκώδη. Sed omnino hoc Plini loco Theophrastum non adhibitum esse iudico, quo efficitur eum illud ἐν τῷ κωρύκῳ apud alium auctorem e numero externorum invenisse.

De platano praeter locum Theophrasti supra excussum noster et alios expilat et bis, ut videtur, eundem Theophrastum, quorum prior locus exemplum praebet simile antecedenti.

Plin. n. h. XII, 6—7.

Platanus haec est mare Ionium Diomedis insula tenus eiusdem tumuli gratia primum invecta, in Siciliam transgressa atque inter primas donata Italiae et iam ad Morinos usque pervecta ac tributarium etiam detinens solum, ut gentes vectigal et pro umbra pendant.

Theophr. h. pl. IV, 5, 6.

Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὔ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν· σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Καίτοι πολλοὶ καὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ' ἀμφοῖν· ἀλλ' οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος.

Haec Plinius ex ipsius experientia, cum militaret in Germania, addidit errore quodam interlapso, cum aceres pro platanis putaret. (Cf. V. Hehn, „Kulturpflanzen und Haustiere" p. 240).

(7) Dionysius prior Siciliae tyrannus Regium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium; nec potuisse in amplitudinem augescere aut alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores invenitur.

Ἐν Ῥηγίῳ γοῦν ἃς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἵ εἰσιν νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ, φιλοτιμηθεὶς οὐ δεδύνηνται λαβεῖν μέγεθος.

errorem Plini notat Schneider (t. III, p. 315), quod ntis leviter percursis legerit male ἐν Σπανίᾳ κτε. vis perspicuum sit, aliter iudicat Gutschmidt, (in suppl. II, p. 183 qu. sqq.) qui pro ‚Hispania' coniecit )raeter Theophrastum altero quoque hoc loco auctore Plinium ratus, quem opinatur Trogum. Aliter vero 'irt (l. l. p. 138) qui primum quidem summa cum evinixus textu Theophrasteo verbis ‚nec . . . augescere' ites tractis scribit: ‚nec potuisse . . . augescere aiunt'. rgit emendando ‚Spanias', ea, si recte intellego, ductus ; existimet Plinium Theophrasti vocem σπανίαν habuisse roprio, id est pro nomine generis cuiusdam plantarum, ; intellecta, id quod interdum Plinio accidit — quamvis id sit excogitatum, haud scio an necessaria non sit ea Mihi quidem videntur in Plini fonte res non ita fuisse in Theophrasto, sed eo ordine quo ipse utitur scriptor n qua erat festinatione, vix intellegi potest, cur hunc varit, quippe et ceteris rebus alio quodam modo enarratis Theophrastum. Haec testimonia neglegentiae Plinianae nt textum auctoris a Theophrasto aliquo modo aber-)lumina Theophrasti, quae nostro in manibus erant, depravata et a nostris diversa nemo sana mente

nseamus ad alterum de platano locum, qui cum Theoterere videtur.

| n. h. XII, 11. | Theophr. h. pl. I, 9, 5. |
|---|---|
| ie in insula Creta n platanus una insque linguae moniquam folia dimittens, Graeciae fabulositas )vem sub ea cum cubuisse, ceu vero ısdem generis esset. Sed ex ea primum | Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι δέ, ὡς ὑπὸ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς· τὰς δὲ πλησίας πάσας φυλλοβολεῖν· Ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· φασὶ |

loco esse motam lectione tradita a librario quodam interpretandi causa superscripta Schneider vult. Sed nescio quomodo id fieri potuerit, ut κώρυκος, si ponitur cum sensu vocis κωρυκίς, exponatur voce ἀγγεῖον, ut omittam hoc loco non illud admitti sed exspectari dumtaxat: ἐν τῷ κωρυκίδι vel potius — ἐν τοῖς κωρυκίσι — sicut equidem censeo legendum esse ἐν τοῖς ἀγγείοις. Atque quin voci ἀγγεῖον hic eadem vis insit atque illo loco voci κωρυκίς, non dubium mihi videtur. Eadem res III, 15, 4 nominatur κοῖλα κωρυκώδη. Sed omnino hoc Plini loco Theophrastum non adhibitum esse iudico, quo efficitur eum illud ἐν τῷ κωρύκῳ apud alium auctorem e numero externorum invenisse.

De platano praeter locum Theophrasti supra excussum noster et alios expilat et bis, ut videtur, eundem Theophrastum, quorum prior locus exemplum praebet simile antecedenti.

| Plin. n. h. XII, 6—7. | Theophr. h. pl. IV, 5, 6. |
| --- | --- |
| Platanus haec est mare Ionium Diomedis insula tenus eiusdem tumuli gratia primum invecta, in Siciliam transgressa atque inter primas donata Italiae et iam ad Morinos usque pervecta ac tributarium etiam detinens solum, ut gentes vectigal et pro umbra pendant. | Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὔ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν· σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Καίτοι πολλοὶ καὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ' ἀμφοῖν· ἀλλ' οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος. Haec Plinius ex ipsius experientia, cum militaret in Germania, addidit errore quodam interlapso, cum aceres pro platanis putaret. (Cf. V. Hehn, ‚Kulturpflanzen und Haustiere' p. 240). |
| (7) Dionysius prior Siciliae tyrannus Regium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium; nec potuisse in amplitudinem augescere aut alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores invenitur. | Ἐν Ῥηγίῳ γουν ἃς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἵ εἰσιν νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ φιλοτιμηθεὶς οὐ δεδύνηνται λαβεῖν μέγεθος. |

Ineptissimum errorem Plini notat Schneider (t. III, p. 315), quod is verbis fontis leviter percursis legerit male *ἐν Σπανίᾳ κτε.* Quod quamvis perspicuum sit, aliter iudicat Gutschmidt, (in ann. philol. suppl. II, p. 183 qu. sqq.) qui pro ‚Hispania' coniecit ‚Cispadana' praeter Theophrastum altero quoque hoc loco auctore usum esse Plinium ratus, quem opinatur Trogum. Aliter vero Theodorus Birt (l. l. p. 138) qui primum quidem summa cum evidentia veri nixus textu Theophrasteo verbis ‚nec . . . augescere' ad antecedentes tractis scribit: ‚nec potuisse . . . augescere aiunt'. Sed quod pergit emendando ‚Spanias', ea, si recte intellego, ductus sententia, ut existimet Plinium Theophrasti vocem *σπανίαν* habuisse pro nomine proprio, id est pro nomine generis cuiusdam plantarum, vi vocis male intellecta, id quod interdum Plinio accidit — quamvis sagacissime id sit excogitatum, haud scio an necessaria non sit ea emendatio. Mihi quidem videntur in Plini fonte res non ita fuisse enarratae ut in Theophrasto, sed eo ordine quo ipse utitur scriptor noster. Nam qua erat festinatione, vix intellegi potest, cur hunc locum ita novarit, quippe et ceteris rebus alio quodam modo enarratis atque apud Theophrastum. Haec testimonia neglegentiae Plinianae et ipsa urgent textum auctoris a Theophrasto aliquo modo aberrantem. Volumina Theophrasti, quae nostro in manibus erant, adeo fuisse depravata et a nostris diversa nemo sana mente praetendet.

Sed transeamus ad alterum de platano locum, qui cum Theophrasto cohaerere videtur.

Plin. n. h. XII, 11.

Est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una insignis utriusque linguae monimentis, numquam folia dimittens, statimque ei Graeciae fabulositas superfuit Iovem sub ea cum Europa concubuisse, ceu vero non alia eiusdem generis esset in Cypro. Sed ex ea primum

Theophr. h. pl. I, 9, 5.

*Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ὑπὸ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς· τὰς δὲ πλησίας πάσας φυλλοβολεῖν·*

*Ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· φασὶ*

in ipsa Creta, ut est natura hominum novitatis avida, platani satae degeneravere[1]) vitium, quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior est, quam soles aestate arcere, hieme admittere.

δὲ οὐ βλαστάνειν αὐτὴν ἅμα ταῖς ἄλλαις ἀλλὰ μετὰ κύνα. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ πλάτανος εἶναι τοιαύτη.

Quae ille tradit de quercu Sybarina, hoc quidem loco omisit noster, sed narrat XVI, 81 his: 'In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, numquam folia dimittens nec ante mediam aestatem germinans. Idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri'.

His verbis proximis quamvis libentius quidem noster hoc loco illum, si eum excussit, inspexisse et amplificasse videtur, tamen notatur eius incuria. Quod enim miratur a Romanis sileri, idem exstat in Varronis de re rustica libro (I, 7) a Plinio magno opere usurpato, ubi haec leguntur: 'Itaque Cretae ad Gortynam dicitur platanum esse, quae folia hieme non omittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Item Sybari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu'.

Haec exponere volui exempla pauca, quibus Plini festinatio atque incuria illustretur, quibus, etsi numerus facile augeri potest, contentum esse licebit. Hoc tantum addere in animo est iam toto habitu utriusque libri ubique fere indicari maturationem. Ita enim elocutio est neglecta, ut interdum coniunctio prorsus fere deficiat, totumque praebeat speciem congeriei notatorum correptorum et sine ulla cura orationis festinanter continuatorum. Istud maxime valet de posteriore parte libri tertii decimi.

In festinatione tam conspicua ratio, quae inter multos locos Plini et Theophrasti intercedit, satis notabilis est. Nam si hic multas res ab illo enarratas omittit, alia addit, quae illum deficiunt, si denique materiem prorsus aliter digerit, ut nihil fere eodem loco

1) Emendavit Io. Mueller (cf. Emendationen zur Naturalis historia des Plinius, Vindobonae 1877, p. 17).

reperiatur, quo apud illum, haec omnia summam deliberationem et curam requirere videntur — si non ponere mavis caeca fiducia alius cuiusdam fontis hunc teneri.

Ordo rerum a Theophrasto discrepat in tractatu de palmis (XIII, 26—50) cuius argumentum breviter explicabo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| § 26—27 | de regionibus palmarum | Theophr. | III, 3, 5 suppleri potest |
| 28 | de rigatione et fimo | — | II, 6, 3 latius |
| 31 | de utroque sexu eiusque pomo | — | II, 6, 6 latius |
| 32 | de forma et genere pomi | — | II, 6, 1 brevius |
| 33 | palmae in Cypro | — | II, 6, 7 u. 8 quae distinguuntur genera duo, a Plinio confunduntur |
| 36 | de generatione et trunco | — | II, 6, 2 brevius |
| 37 | de plantariis, de transferendo et deputando | — | II, 6, 3—4 |
| 38 | de sale aspergendo, | — | II, 6, 2 latius |
| | de truncorum divisione | — | II, 6, 9 latius, nonnulla a Plinio discrepant |
| 39 | de chamerope | — | II, 6, 11 brevius |
| 41 | de palma regia | — | II, 6, 7 latius |
| 47 | de coïce | — | II, 6, 20 latius. |

Non minus ordo apud eos diversus est duobus, quos mox propositurus sum, locis. Quorum quaeso nunc contempleris nil nisi ordinem, quoniam de omnibus ceteris rebus postea sermo erit. Ordinem singularum partium litteris minusculis indicabo.

Plin. h. n. XII, 15—16.

**b.** Malus Assyria, quam alii Medicam vocant, **e.** venenis[1]) medetur. **c.** Folium est unedonis incurrentibus spinis. **d.** Pomum ipsum alias non manditur, odore praecellit foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus arcetque animalium noxia.

Theophr. h. pl. IV, 4, 2—3.

**a.** *καὶ ἔοικεν ὅλως ὁ τόπος ὁ πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίαν ὥσπερ καὶ ζῶα καὶ φυτὰ φέρειν ἴδια παρὰ τοὺς ἄλλους. Οἷον ἥ τε Μηδία χώρα καὶ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω* **b.** *καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν ἢ τὸ Περσικὸν καλούμενον.* **c.** *Ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς ἀνδράχλης, ἀκάνθας*

1) lectio ‚veneris' (**D**$^{1}$ **a d**) sive veneri (**D**$^{2}$) refellitur Theophrasto,

Quamquam igitur de plerisque rebus inter hos consensio est, tamen nonnullis quoque discrepant. Ac primum quidem ordinem Theophrasti a Plinio non semper retentum esse animadvertimus legentes, cum tamen non perspiciatur, cur id factum sit. Neque enim noster certum in describendis arboribus consilium sequitur, neque aliae quaedam causae deprehenduntur. Quod eo magis miramur, quandoquidem satis leviter et cursim naturalem historiam esse confectam omnes viri docti consentiunt.

Melius ad id convenire videtur, quod hic res ab illo explicatas saepissime in artum collegit, id quod festinantis esse non inepte opinantur. Theophrastus saepe in elocutione latior, quem hic contrahere solet, ut paucis verbis eadem contineantur, quae pluribus illius. Et evenit, ut nimio brevitatis studio obscurus fieret, e. g. de fico Cypria, ubi haec profert (cf. supra § 58): ‚sed haec germen emittit sine ullis foliis radici simile' nec addit ex hoc ipso germine nasci pomum, id quod e conexu non cognosceretur, nisi apud Theophrastum exstaret *πρὸς ᾧ γε ὁ καρπός*. Eidem studio brevitatis videtur tribuendum, si (§ 59) cerauniam dicit trunco et ipsam fertilem esse; sed Theophrastus: plerumque trunco, ramis paullum. Et interdum, si prorsus interciderunt quae Theophrastus profert, idem consilium valuisse videtur. Sed in omissis longe plerisque ratio non invenitur; modo haec Theophrasti desiderantur modo illa. Ne brevitatis quidem studio quodam eum ductum esse probatur Theophrasti textu supra excusso. Nam quid tu censes rationis inesse, si alterius arboris nil nisi materiei bonitas et usus commemoratur ceteris omnibus rebus neglectis, in altera vero vires eaedem negleguntur, cum contra de nucleo complura addantur, quae in Theophrasto non sunt (cf. §§ 61—62 de balano et cucis). Nec mentio fit eiusdem rei de oliva Aegypti (§ 63) nec aliud exscriptum est nisi ubi nascatur, ne id quidem quod ille habet de oleo, quamvis plurimis locis de oleo apud hunc sit sermo, quamvisque usui potissimum arborum peregrinarum is studeat atque in initio libri duodecimi aperte pronuntiet; cf. § 14 ‚in praesentia externas persequemur a salutari maxime orsi'. Quis est, cui haec meditanti Plinium non Theophrasti verba sed alium potius fontem

temere et omni iudicio proprio deposito secutum esse in mentem non veniat?

Sed dubitatio multo maior, quam de his omissis, est de rebus additis a nostro ipso, quae illum deficiunt. Ea enim ad studium brevitatis, quae omittendi sapenumero causa fuit, minus quadrare videntur. Nec unde originem ceperint apertum est. Opinio enim, qua ea ex alio auctore inserta esse existimentur, tota ipsorum natura ac genere vetatur, neque hunc durissimum laborem perpetuum nostrum ipsum subisse, ut crederem, mihi persuadere potui. Nec consuetudini eius respondet complurium auctorum enarrata coniungere nullius nomine apposito, sed ubi id factum est, nomina auctorum ab eo laudari cum his libris tum per totam naturalem historiam satis perspicitur. Nulla cupiditate magis incensum fuisse nostrum quam gloriandi auctoribus quam plurimis adhibitis nemo, qui naturalem historiam perlegit, nescit. Et id studium multo magis pertinet ad res eas, quibus abhorret a Theophrasto. In omni enim re controversa nihil antiquius habuit, quam ut diversas sententias accurate exscriberet, et qua erat ambitione doctrinae, gaudio culmen addebatur, cum alicuius viri docti sententiam carbone notare ei licebat. Nihilominus saepius noster a Theophrasto et parvis et, ut infra satis superque probabitur, rebus gravissimis discrepat. Quid? post haec omnia nonne probabilis videtur coniectura Theophrasto a Plinio nec usurpatum ac ne lectum quidem esse?

Quae si probatur, iam non mirabimur, quod de cummi spinae Aegyptiae eodem fere conexu dato aliter perquam hic disputat neglecto illo; nec item, quod balanum hoc loco (§ 61) commemoratam putat eandem esse atque palmam illam paulo ante (§ 48) ex alio auctore eodem nomine donatam, arbores longe diversas; quod eum non effugisset, si de hac Theophrastum excussisset.

Sed quoniam ad id disputationis pervenimus, ut, Theophrastusne omnino a Plinio ad hos libros auctor assumptus sit, in dubium vocetur, haec tantae gravitatis quaestio summa totius dissertationis est facienda. Maiorem autem habet gravitatem, quia non modo ad hos ipsos libros attinet, sed si probatur illius historiam

plantarum usui non fuisse in Plini de arboribus peregrinis libris, verisimile fit eandem ne in ceteris quidem universis scriptoris nostri. Itaque mihi non licet contentum esse capite supra collato sed perlustranda sunt cetera omnia aut saltem eorum maior numerus.

Priusquam autem hanc adeamus quaestionem, necesse est disserere, quid operae noster in his libris consumpserit, et si opprobrium nimiae festinationis minorisque diligentiae etiam de his libris sustinere in animo est, id certis testimoniis est demonstrandum. Profecto dici ille potest ne in his quidem libris nimiae diligentiae reus fieri. Iam supra mentio facta est balani, quam XIII, 61 hic obiter commemorat, cum iam antea eam descripsisse sibi videatur, neque sentit longe diversas esse arbores, quibus, ut fere fiebat apud veteres, ab aliis auctoribus idem nomen datum erat. Quam enim Theophrastus vocat balanum (nunc: Hyperanthera Moringa) ea inter moringaceas, quae vocantur, ducitur, quibus habitus est papilionacearum a palmarum perquam alienus. Porro si pistacia (Pistacia vera L.) huic ‚nota' erat, ut e XIII, 51 concludi videtur, exspectandum fuit non effugisse eum, quod iam XII, 25 eandem arborem — sine nomine quidem — descripserat. Cum Plinius et hos libros, ut supra demonstratum est, composuisset nixus indice notatorum certo consilio ordinatorum, vix fieri potuisse putares, ut eandem arborem eodem libro diversis locis tractaret. Tamen tanta levitate usus de ‚styrace' bis (XII, 81 et 124—125) disseruit, ex diverso dumtaxat fonte; priore loco, ut sum probaturus, e Iuba, altero fortasse ex unguentario quodam. Et monendum est tum odorem designari acrem, tum ex austero iucundum. His locis mihi persuasum est librum duodecimum post scripturam primam ab auctore non esse retractatam. Nam si non saepius semel iterasset laborem, in hoc ei offendendum fuit. Non desunt cetera menda festinationis. Legimus XII, 9: ‚Celebratae sunt[1]) primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum XXXIII radice ramos

1) Pro ‚celebratae sunt' Silligius secutus Theophrastum (cf. etiam Varron. r. r. I, 37 ‚ut Theophrastus scribat, Athenis in Lyceo, cum etiam tunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse') emendavit ‚celebrata est'. Mendum ortum videtur falsa distinctione facta ex lectione ‚celebratae

antecedente'. Sed Academiam eum falso posuisse pro Lyceo docemur Theophrasto I, 7, 1 exhibente: ἤγουν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν ἔτι νέα οὖσα ἐπὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν ἔχουσα τόπον τε ἅμα καὶ τροφήν. Similiter res se habet XIII, 100. Thyon sive thyam inter delicias Circae ustam putat ab Homero tradi; sed hanc confudit cum Calypso, ad quam Mercurius Athena auctore mittitur eam iussurus Ulixem in patriam dimittere; is ubi in specum deae intravit:

πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχάρόφιν μέγα καίετο, τήλοθι δ' ὀδμὴ
κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
δαιομένων . . . (Od. ε, 60 sqq.).

XIII, 66—67 de cummi hic, ut supra diximus, Theophrastum prorsus neglexit. Quaecunque enim ille de hac re profert (cf. IV, 2, 8; IX, 1, 2; C. pl. VI, 11, 15 cett.) eorum hic nihil usurpavit. Tamen de cummi ulmorum mirabili quodam modo ad Theophrastum spectat. Sunt ipsius verba haec (§ 67) '. . . ulmo etiam in Coryco monte Ciliciae ac iunipiro ad nihil utile, ex ulmi vero cummi et culices nascuntur . . .' Theophrastus vero haec habet (III, 14, 1): ἀλλ' ἐν ταῖς κωρυκίσι τὸ κόμμι καὶ θηρί' ἄττα κωνωποειδῆ φέρει. Apparet Plini lectionem 'in Coryco' errore ortam esse, male intellecta voce graeca, sed non ea, quae Theophrasti loco lato exstat forma sed ἐν κωρύκῳ. κωρυκίδες sunt folliculi, qui plagis insectorum moti ex foliis ulmi crescunt. voci κώρυκος nullo, quotquot exstant, loco eadem vis inest, sed ex Plini errore apparet, ab eius fonte vocem ita adhibitam esse, ut scriberetur ἐν τῷ κωρύκῳ. Atque ita legendum esse alio Theophrasti loco Schneider coniecit. H. pl. IX, 1, 2 enim legitur accepta translatione rectissima (de qua Schneider et Wimmer ad hunc locum): πτελέας, καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι πλὴν οὐκ ἐκ τοῦ φλοιοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ, ubi cum verba ἐν τῷ ἀγγείῳ ab interpretatoribus non intellegerentur, olim scriptum fuisse ἐν τῷ κωρύκῳ eamque lectionem

---

st', cum litterae 'st' addita linea (st̄) pro compendio vocis 'sunt' haberentur. Ceterum Plinius fontem minus accurate inspexit, ut demonstrabo, cum et de longitudine ramorum minus diligenter diceret. Cf. etiam XII, 65, ubi numerus ex fonte sanari nequit.

loco esse motam lectione tradita a librario quodam interpretandi causa superscripta Schneider vult. Sed nescio quomodo id fieri potuerit, ut *κώρυκος*, si ponitur cum sensu vocis *κωρυκίς*, exponatur voce *ἀγγεῖον*, ut omittam hoc loco non illud admitti sed exspectari dumtaxat: *ἐν τῷ κωρυκίδι* vel potius — *ἐν τοῖς κωρυκίσι* — sicut equidem censeo legendum esse *ἐν τοῖς ἀγγείοις*. Atque quin voci *ἀγγεῖον* hic eadem vis insit atque illo loco voci *κωρυκίς*, non dubium mihi videtur. Eadem res III, 15, 4 nominatur *κοῖλα κωρυκώδη*. Sed omnino hoc Plini loco Theophrastum non adhibitum esse iudico, quo efficitur eum illud *ἐν τῷ κωρύκῳ* apud alium auctorem e numero externorum invenisse.

De platano praeter locum Theophrasti supra excussum noster et alios expilat et bis, ut videtur, eundem Theophrastum, quorum prior locus exemplum praebet simile antecedenti.

| Plin. n. h. XII, 6—7. | Theophr. h. pl. IV, 5, 6. |
|---|---|
| Platanus haec est mare Ionium Diomedis insula tenus eiusdem tumuli gratia primum invecta, in Siciliam transgressa atque inter primas donata Italiae et iam ad Morinos usque pervecta ac tributarium etiam detinens solum, ut gentes vectigal et pro umbra pendant. | *Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὔ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν· σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Καίτοι πολλοὶ καὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ' ἀμφοῖν· ἀλλ' οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος.* Haec Plinius ex ipsius experientia, cum militaret in Germania, addidit errore quodam interlapso, cum aceres pro platanis putaret. (Cf. V. Hehn, ‚Kulturpflanzen und Haustiere' p. 240). |
| (7) Dionysius prior Siciliae tyrannus Regium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium; nec potuisse in amplitudinem augescere aut alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores invenitur. | *Ἐν Ῥηγίῳ γουν ἃς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἵ εἰσιν νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ φιλοτιμηθεὶς οὐ δεδύνηνται λαβεῖν μέγεθος.* |

Ineptissimum errorem Plini notat Schneider (t. III, p. 315), quod is verbis fontis leviter percursis legerit male *ἐν Σπανίᾳ κτε.* Quod quamvis perspicuum sit, aliter iudicat Gutschmidt, (in ann. philol. suppl. II, p. 183 qu. sqq.) qui pro ‚Hispania' coniecit ‚Cispadana' praeter Theophrastum altero quoque hoc loco auctore usum esse Plinium ratus, quem opinatur Trogum. Aliter vero Theodorus Birt (l. l. p. 138) qui primum quidem summa cum evidentia veri nixus textu Theophrasteo verbis ‚nec . . . augescere' ad antecedentes tractis scribit: ‚nec potuisse . . . augescere aiunt'. Sed quod pergit emendando ‚Spanias', ea, si recte intellego, ductus sententia, ut existimet Plinium Theophrasti vocem *σπανίαν* habuisse pro nomine proprio, id est pro nomine generis cuiusdam plantarum, vi vocis male intellecta, id quod interdum Plinio accidit — quamvis sagacissime id sit excogitatum, haud scio an necessaria non sit ea emendatio. Mihi quidem videntur in Plini fonte res non ita fuisse enarratae ut in Theophrasto, sed eo ordine quo ipse utitur scriptor noster. Nam qua erat festinatione, vix intellegi potest, cur hunc locum ita novarit, quippe et ceteris rebus alio quodam modo enarratis atque apud Theophrastum. Haec testimonia neglegentiae Plinianae et ipsa urgent textum auctoris a Theophrasto aliquo modo aberrantem. Volumina Theophrasti, quae nostro in manibus erant, adeo fuisse depravata et a nostris diversa nemo sana mente praetendet.

Sed transeamus ad alterum de platano locum, qui cum Theophrasto cohaerere videtur.

Plin. n. h. XII, 11.

Est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una insignis utriusque linguae monimentis, numquam folia dimittens, statimque ei Graeciae fabulositas superfuit Iovem sub ea cum Europa concubuisse, ceu vero non alia eiusdem generis esset in Cypro. Sed ex ea primum

Theophr. h. pl. I, 9, 5.

*Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ὑπὸ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς· τὰς δὲ πλησίας πάσας φυλλοβολεῖν·*
*Ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· φασὶ*

in ipsa Creta, ut est natura hominum novitatis avida, platani satae degeneravere[1] vitium, quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior est, quam soles aestate arcere, hieme admittere.

δὲ οὐ βλαστάνειν αὐτὴν ἅμα ταῖς ἄλλαις ἀλλὰ μετὰ κύνα. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ πλάτανος εἶναι τοιαύτη.

Quae ille tradit de quercu Sybarina, hoc quidem loco omisit noster, sed narrat XVI, 81 his: ‚In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, numquam folia dimittens nec ante mediam aestatem germinans. Idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri'.

His verbis proximis quamvis libentius quidem noster hoc loco illum, si eum excussit, inspexisse et amplificasse videtur, tamen cernitur eius incuria. Quod enim miratur a Romanis sileri, idem exstat in Varronis de re rustica libro (I, 7) a Plinio magno opere usurpato, ubi haec leguntur: ‚Itaque Cretae ad Gortynam dicitur platanum esse, quae folia hieme non omittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Item Sybari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu'.

Haec exponere volui exempla pauca, quibus Plini festinatio atque incuria illustretur, quibus, etsi numerus facile augeri potest, contentum esse licebit. Hoc tantum addere in animo est iam toto habitu utriusque libri ubique fere indicari maturationem. Ita enim elocutio est neglecta, ut interdum coniunctio prorsus fere deficiat, totumque praebeat speciem congeriei notatorum correptorum et sine ulla cura orationis festinanter continuatorum. Istud maxime valet de posteriore parte libri tertii decimi.

In festinatione tam conspicua ratio, quae inter multos locos Plini et Theophrasti intercedit, satis notabilis est. Nam si hic multas res ab illo enarratas omittit, alia addit, quae illum deficiunt, si denique materiem prorsus aliter digerit, ut nihil fere eodem loco

---

1) Emendavit Io. Mueller (cf. Emendationen zur Naturalis historia des Plinius, Vindobonae 1877, p. 17).

reperiatur, quo apud illum, haec omnia summam deliberationem et curam requirere videntur — si non ponere mavis caeca fiducia alius cuiusdam fontis hunc teneri.

Ordo rerum a Theophrasto discrepat in tractatu de palmis (XIII, 26—50) cuius argumentum breviter explicabo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| § 26—27 | de regionibus palmarum | Theophr. | III, 3, 5 suppleri potest |
| 28 | de rigatione et fimo | — | II, 6, 3 latius |
| 31 | de utroque sexu eiusque pomo | — | II, 6, 6 latius |
| 32 | de forma et genere pomi | — | II, 6, 1 brevius |
| 33 | palmae in Cypro | — | II, 6, 7 u. 8 quae distinguuntur genera duo, a Plinio confunduntur |
| 36 | de generatione et trunco | — | II, 6, 2 brevius |
| 37 | de plantariis, de transferendo et deputando | — | II, 6, 3—4 |
| 38 | de sale aspergendo, | — | II, 6, 2 latius |
| | de truncorum divisione | — | II, 6, 9 latius, nonnulla a Plinio discrepant |
| 39 | de chamerope | — | II, 6, 11 brevius |
| 41 | de palma regia | — | II, 6, 7 latius |
| 47 | de coïce | — | II, 6, 20 latius. |

Non minus ordo apud eos diversus est duobus, quos mox propositurus sum, locis. Quorum quaeso nunc contempleris nil nisi ordinem, quoniam de omnibus ceteris rebus postea sermo erit. Ordinem singularum partium litteris minusculis indicabo.

Plin. h. n. XII, 15—16.

**b**. Malus Assyria, quam alii Medicam vocant, **e**. venenis [1]) medetur. **c**. Folium est unedonis incurrentibus spinis. **d**. Pomum ipsum alias non manditur, odore praecellit foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus arcetque animalium noxia.

Theophr. h. pl. IV, 4, 2—3.

**a**. *καὶ ἔοικεν ὅλως ὁ τόπος ὁ πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίαν ὥσπερ καὶ ζῶα καὶ φυτὰ φέρειν ἴδια παρὰ τοὺς ἄλλους. Οἷον ἥ τε Μηδία χώρα καὶ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω* **b**. *καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν ἢ τὸ Περσικὸν καλούμενον.* **c**. *Ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς ἀνδράχλης, ἀκάνθας*

1) lectio ‚veneris' (**D**[1] **a d**) sive veneri (**D**[2]) refellitur Theophrasto,

δὲ οἷας ἄπιος ἢ ὀξυάκανθος λείας δὲ καὶ ὀξείας σφόδρα καὶ ἰσχυράς· **d**. τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται μὲν, εὔοσμον δὲ πάνυ καὶ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου· κἂν εἰς ἱμάτια τεθῇ τὸ μῆλον ἄκοπα διατηρεῖ. **e**. Χρήσιμον δ' ἐπειδὰν τύχῃ τις πεπωκὼς φάρμακον θανάσιμον· δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον.

**g**. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus. Temptavere gentes transferre ad sese propter remedii praestantiam **h**. fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento, qualiter omnia transituri longius seri aptissime transferrique meminisse conveniet, ut semel quaeque dicantur. **a**. Sed nisi apud Medos et in Perside nasci noluit. **f**. Haec est cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis commendandi halitus gratia. **a**. Nec alia arbor laudatur in Medis.

**f**. Καὶ πρὸς στόματος εὐωδίαν· ἐὰν γάρ τις ἑψήσῃ ἐν ζωμῷ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸ ἔσωθεν τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ εἰς τὸ στόμα καὶ καταρροφήσῃ, ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἡδεῖαν. Σπείρεται δὲ τοῦ ἦρος εἰς πρασιὰς ἐξαιρεθὲν τὸ σπέρμα διειργασμένας ἐπιμελῶς, εἶτα ἀρδεύεται διὰ τετάρτης ἢ πέμπτης ἡμέρας· ὅταν δὲ ἁδρὸν ᾖ, διαφυτεύεται πάλιν τοῦ ἔαρος εἰς χωρίον μαλακὸν καὶ ἔφυδρον καὶ οὐ λίαν λεπτόν· φιλεῖ γὰρ τὰ τοιαῦτα. **g**. Φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν· τὰ μὲν γὰρ ἀφῄρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέττει. Τῶν δὲ ἀνθῶν ὅσα ὥσπερ εἴπομεν ἔχει καθάπερ ἠλακάτην ἐκ μέσου τιν' ἐξέχουσαν ταῦτά ἐστι γόνιμα, ὅσα δὲ μὴ ἄγονα. Σπείρεται δὲ καὶ **h**. εἰς ὄστρακα διατετρημένα καθά-

περ καὶ οἱ φοίνικες. Τοῦτο μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, περὶ τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἐστίν.

Plin. n. h. XII, 37.

**a.** Gentes supra dictas Persis attingit, Rubro mari, quod ibi Persicum vocavimus, **b.** longe in terram aestus agente mira orborum natura. **f.** Namque erosae sale invectis derelictisque similes sicco litore radicibus undis polyporum modo amplexae steriles harenas spectantur. Eaedem mari adveniente fluctibus pulsatae resistunt immobiles. Quin et pleno aestu operiuntur totae, **g.** adparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. **c.** Magnitudo miranda est, **d.** species similis unedoni, pomum amygdalis extra, **e.** intus contortis nucleis.

Theophr. h. pl. IV, 7, 5—6.

. . . **a.** Περὶ δὲ τὴν Περσίδα τὴν κατὰ τὴν Καρμανίαν, **b.** καθ' ὃ ἡ πλημμυρὶς γίνεται, δένδρα ἐστὶν **c.** εὐμεγέθη, **d.** ὅμοια τῇ ἀνδράχλῃ καὶ τῇ μορφῇ καὶ τοῖς φύλλοις· καρπὸν δὲ ἔχει πολὺν ὅμοιον τῷ χρώματι ταῖς ἀμυγδάλαις ἔξωθεν, **e.** τὸ δ' ἐντὸς συνελίττεται καθάπερ συνηρτημένον πᾶσιν. **f.** Ὑποβέβρωται δὲ ταῦτα τὰ δένδρα πάντα κατὰ μέσον ὑπὸ τῆς θαλάττης καὶ ἕστηκεν ὑπὸ τῶν ῥιζῶν ὥσπερ πολύπους. Ὅταν γὰρ ἡ ἄμπωτις γένηται, θεωρεῖν ἐστιν. Ὕδωρ δὲ ὅλως οὐκ ἔστιν ἐν τῷ τόπῳ· καταλείπονται δέ τινες διώρυχες δι' ὧν διαπλέουσιν· αὗται δ' εἰσὶ θαλάττης· **g.** ᾧ καὶ δῆλον οἴονταί τινες, ὅτι τρέφονται ταύτῃ καὶ οὐ τῷ ὕδατι πλὴν εἴ τι ταῖς ῥίζαις ἐκ τῆς γῆς ἕλκουσιν. Εὔλογον δὲ καὶ τοῦθ' ἁλμυρὸν εἶναι· καὶ γὰρ οὐδὲ κατὰ βάθους αἱ ῥίζαι.

Tanta conversio rerum, qua hi loci affecti esse videntur, diligentissimi tantum scriptoris est. Quam ob rem post ea quae exposuimus Plinium ipsum opus id difficillimum in se suscepisse non conceditur, praesertim cum ne id quidem excogitari possit, quibus

tandem momentis, ut conexum pulcherrimum Theophrasti ita discinderet aliterque denuo consarcinaret, commotus sit. Neque enim melior esse Plini ordo dici potest, nec is omnino eundem usque ordinem servat, sed prorsus casu sive licentia ducitur.

Non aliter iudicandum est de iis, quae hic scriptor omisit aut addidit. Quamquam quae omisit saepe studio brevitatis et festinatione declarari possunt. Interciderunt res singulae, quibus supersedisse eum licet putare, vel res ipsa tantum refertur, omissis iis, quae apud Theophrastum eius explicandi causa adduntur. Ut exemplo utamur, loco proxime excusso (XII, 37) Plinius arbores illas asperitate aquarum ali rerum argumentis apparere ait, Theophrastus argumenta ipsa exhibet. XII, 60 in insulis tus melius gigni tradit, ille exponit (IX, 4, 4), cur id fiat. Epitomae Theophrasti videntur exstare XII, 34: de liquore spinae oculis caecitatem inferente (Theophr. IV, 4, 13) et XII, 40: de rigatione insulae Tyli (Theophr. IV, 7, 8).

Sed quantum Plinius in hoc sibi non constaret, iam supra probavimus. Unum tantum exemplum huc adicere liceat. XIII, 54 describit terebinthum, proxima paragrapho rhun [1]; utroque loco multo brevior est Theophrasto (III, 15, 4—5 et 18, 5). Sed videamus, quam secutus sit rationem in breviando. Quae Theophrastus habet de flore, in illo (54) excerpsit in hoc (55) neglexit, contra de situ et collocatione foliorum quae ille diligenter utroque loco exponit, hic (55) enotavit illic (54) praetermisit. Quo in solo optime alatur rhus (55), silet, verum, ubi terebinthus nascatur (54) magnus, ubi parvus, exhibet. Talia locis deinceps sequentibus deprehensa vel summae incuriae scriptoris — atque satis leviter se gessisse Plinium supra demonstratum est — num putas condonanda esse? Equidem si id credere cogerer, cui tandem bono hic naturalem historiam confecisset, prorsus nescirem. Ergo Theophrastus his locis non subest. At si quis tamen, illud ut accipiat,

1) verba: 'rhus Syria mascula fert sterili femina' Mayhoffius summo iure emendavit transponendo verba 'fert sterili'; nam feminam ferre sterili mascula verbis paragraphi prioris efficitur coll. Theophr. (III, 18, 5) *τῆς δὲ ῥοῦ τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι τῷ τὸ μὲν ἄκαρπον εἶναι τὸ δὲ κάρπιμον.*

animum inducit, quomodo id convenire arbitratur cum subtilitate illa, quae ex locis supra latis ordinis Theophrasto fere contrarii, eluceat, si ponatur illum vere esse excerptum? Cura autem propositi sibi conscia nulla admittitur, quandoquidem nihil est propositum, neque certum argumentum, neque eius certus ordo, neque aliud quidquam.

Nec vero minoris ducenda est subtilitas, ubicunque Theophrastus ex alienis fontibus auctus et amplificatus videtur. Iam locis supra editis (XIII, 56—65 et XII, 15—16) multa insunt, quae in Theophrasto requiruntur. Adiungam capita nonnulla, quibus eadem condicio est.

| Plin. n. h. XII, 24—25. | Theophr. IV, 4, 5 et 7—8. |
| --- | --- |
| **a.** Maior alia pomo et suavitate praecellentior, quo sapientes Indorum vivunt. Folium alas avium imitatur longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice mittit admirabilem suci dulcedine**, ut uno quaternos satiat. Arbori nomen palae, pomo arienae. plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. | **a**[a] *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον καὶ τῷ μεγέθει μέγα καὶ ἡδύκαρπον θαυμαστῶς καὶ μεγαλόκαρπον· καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν ὁ σοφοὶ καὶ μὴ ἀμπεχόμενοι.* <br> **a**[b] *Ἕτερον δὲ, οὗ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν πρόμηκες τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον, ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον* *** |
| **b.** Est et alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agnimis sui id pomum attingeret. | **b.** *Ἄλλο τέ ἐστιν, οὗ ὁ καρπὸς μακρὸς καὶ οὐκ εὐθὺς ἀλλὰ σκολιὸς, ἐσθιόμενος δὲ γλυκύς. Οὗτος ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμόν ἐμποεῖ καὶ δυσεντερίαν δι' ὃ Ἀλέξανδρος ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν.* <br> *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον, οὗ ὁ καρπὸς ὅμοιος τοῖς κρανέοις.* |

plantarum usui non fuisse in Plini de arboribus peregrinis libris, verisimile fit eandem ne in ceteris quidem universis scriptoris nostri. Itaque mihi non licet contentum esse capite supra collato sed perlustranda sunt cetera omnia aut saltem eorum maior numerus.

Priusquam autem hanc adeamus quaestionem, necesse est disserere, quid operae noster in his libris consumpserit, et si opprobrium nimiae festinationis minorisque diligentiae etiam de his libris sustinere in animo est, id certis testimoniis est demonstrandum. Profecto dici ille potest ne in his quidem libris nimiae diligentiae reus fieri. Iam supra mentio facta est balani, quam XIII, 61 hic obiter commemorat, cum iam antea eam descripsisse sibi videatur, neque sentit longe diversas esse arbores, quibus, ut fere fiebat apud veteres, ab aliis auctoribus idem nomen datum erat. Quam enim Theophrastus vocat balanum (nunc: Hyperanthera Moringa) ea inter moringaceas, quae vocantur, ducitur, quibus habitus est papilionacearum a palmarum perquam alienus. Porro si pistacia (Pistacia vera L.) huic ‚nota' erat, ut e XIII, 51 concludi videtur, exspectandum fuit non effugisse eum, quod iam XII, 25 eandem arborem — sine nomine quidem — descripserat. Cum Plinius et hos libros, ut supra demonstratum est, composuisset nixus indice notatorum certo consilio ordinatorum, vix fieri potuisse putares, ut eandem arborem eodem libro diversis locis tractaret. Tamen tanta levitate usus de ‚styrace' bis (XII, 81 et 124—125) disseruit, ex diverso dumtaxat fonte; priore loco, ut sum probaturus, e Iuba, altero fortasse ex unguentario quodam. Et monendum est tum odorem designari acrem, tum ex austero iucundum. His locis mihi persuasum est librum duodecimum post scripturam primam ab auctore non esse retractatam. Nam si non saepius semel iterasset laborem, in hoc ei offendendum fuit. Non desunt cetera menda festinationis. Legimus XII, 9: ‚Celebratae sunt [1]) primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum XXXIII radice ramos

1) Pro ‚celebratae sunt' Silligius secutus Theophrastum (cf. etiam Varron. r. r. I, 37 ‚ut Theophrastus scribat, Athenis in Lyceo, cum etiam tunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse') emendavit ‚celebrata est'. Mendum ortum videtur falsa distinctione facta ex lectione ‚celebratae

antecedente'. Sed Academiam eum falso posuisse pro Lyceo docemur Theophrasto I, 7, 1 exhibente: ἦγουν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν ἔτι νέα οὖσα ἐπὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν ἔχουσα τόπον τε ἅμα καὶ τροφήν. Similiter res se habet XIII, 100. Thyon sive thyam inter delicias Circae ustam putat ab Homero tradi; sed hanc confudit cum Calypso, ad quam Mercurius Athena auctore mittitur eam iussurus Ulixem in patriam dimittere; is ubi in specum deae intravit:

πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τήλοθι δ' ὀδμὴ
κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
δαιομένων . . . (Od. ε, 60 sqq.).

XIII, 66—67 de cummi hic, ut supra diximus, Theophrastum prorsus neglexit. Quaecunque enim ille de hac re profert (cf. IV, 2, 8; IX, 1, 2; C. pl. VI, 11, 15 cett.) eorum hic nihil usurpavit. Tamen de cummi ulmorum mirabili quodam modo ad Theophrastum spectat. Sunt ipsius verba haec (§ 67) ,. . . ulmo etiam in Coryco monte Ciliciae ac iunipiro ad nihil utile, ex ulmi vero cummi et culices nascuntur . . .' Theophrastus vero haec habet (III, 14, 1): ἀλλ' ἐν ταῖς κωρυκίσι τὸ κόμμι καὶ θηρί' ἄττα κωνωποειδῆ φέρει. Apparet Plini lectionem ,in Coryco' errore ortam esse, male intellecta voce graeca, sed non ea, quae Theophrasti loco lato exstat forma sed ἐν κωρύκῳ. κωρυκίδες sunt folliculi, qui plagis insectorum moti ex foliis ulmi crescunt. voci κώρυκος nullo, quotquot exstant, loco eadem vis inest, sed ex Plini errore apparet, ab eius fonte vocem ita adhibitam esse, ut scriberetur ἐν τῷ κωρύκῳ. Atque ita legendum esse alio Theophrasti loco Schneider coniecit. H. pl. IX, 1, 2 enim legitur accepta translatione rectissima (de qua Schneider et Wimmer ad hunc locum): πτελέας, καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι πλὴν οὐκ ἐκ τοῦ φλοιοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ, ubi cum verba ἐν τῷ ἀγγείῳ ab interpretatoribus non intellegerentur, olim scriptum fuisse ἐν τῷ κωρύκῳ eamque lectionem

st', cum litterae ,st' addita linea (s̄t) pro compendio vocis ,sunt' haberentur. Ceterum Plinius fontem minus accurate inspexit, ut demonstrabo, cum et de longitudine ramorum minus diligenter diceret. Cf. etiam XII, 65, ubi numerus ex fonte sanari nequit.

loco esse motam lectione tradita a librario quodam interpretandi causa superscripta Schneider vult. Sed nescio quomodo id fieri potuerit, ut *κώρυκος*, si ponitur cum sensu vocis *κωρυκίς*, exponatur voce *ἀγγεῖον*, ut omittam hoc loco non illud admitti sed exspectari dumtaxat: *ἐν τῷ κωρυκίδι* vel potius — *ἐν τοῖς κωρυκίσι* — sicut equidem censeo legendum esse *ἐν τοῖς ἀγγείοις*. Atque quin voci *ἀγγεῖον* hic eadem vis insit atque illo loco voci *κωρυκίς*, non dubium mihi videtur. Eadem res III, 15, 4 nominatur *κοῖλα κωρυκώδη*. Sed omnino hoc Plini loco Theophrastum non adhibitum esse iudico, quo efficitur eum illud *ἐν τῷ κωρύκῳ* apud alium auctorem e numero externorum invenisse.

De platano praeter locum Theophrasti supra excussum noster et alios expilat et bis, ut videtur, eundem Theophrastum, quorum prior locus exemplum praebet simile antecedenti.

Plin. n. h. XII, 6—7.

Platanus haec est mare Ionium Diomedis insula tenus eiusdem tumuli gratia primum invecta, in Siciliam transgressa atque inter primas donata Italiae et iam ad Morinos usque pervecta ac tributarium etiam detinens solum, ut gentes vectigal et pro umbra pendant.

Theophr. h. pl. IV, 5, 6.

*Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὔ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν· σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Καίτοι πολλοὶ καὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ' ἀμφοῖν· ἀλλ' οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος.* Haec Plinius ex ipsius experientia, cum militaret in Germania, addidit errore quodam interlapso, cum aceres pro platanis putaret. (Cf. V. Hehn, ‚Kulturpflanzen und Haustiere' p. 240).

(7) Dionysius prior Siciliae tyrannus Regium in urbem transtulit eas domus suae miraculum, ubi postea factum gymnasium; nec potuisse in amplitudinem augescere aut alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania apud auctores invenitur.

*Ἐν Ῥηγίῳ γουν ἃς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἵ εἰσιν νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ φιλοτιμηθεὶς οὐ δεδύνηνται λαβεῖν μέγεθος.*

Ineptissimum errorem Plini notat Schneider (t. III, p. 315), quod is verbis fontis leviter percursis legerit male *ἐν Σπανίᾳ κτε.* Quod quamvis perspicuum sit, aliter iudicat Gutschmidt, (in ann. philol. suppl. II, p. 183 qu. sqq.) qui pro ‚Hispania' coniecit ‚Cispadana' praeter Theophrastum altero quoque hoc loco auctore usum esse Plinium ratus, quem opinatur Trogum. Aliter vero Theodorus Birt (l. l. p. 138) qui primum quidem summa cum evidentia veri nixus textu Theophrasteo verbis ‚nec . . . augescere' ad antecedentes tractis scribit: ‚nec potuisse . . . augescere aiunt'. Sed quod pergit emendando ‚Spanias', ea, si recte intellego, ductus sententia, ut existimet Plinium Theophrasti vocem *σπανίαν* habuisse pro nomine proprio, id est pro nomine generis cuiusdam plantarum, vi vocis male intellecta, id quod interdum Plinio accidit — quamvis sagacissime id sit excogitatum, haud scio an necessaria non sit ea emendatio. Mihi quidem videntur in Plini fonte res non ita fuisse enarratae ut in Theophrasto, sed eo ordine quo ipse utitur scriptor noster. Nam qua erat festinatione, vix intellegi potest, cur hunc locum ita novarit, quippe et ceteris rebus alio quodam modo enarratis atque apud Theophrastum. Haec testimonia neglegentiae Plinianae et ipsa urgent textum auctoris a Theophrasto aliquo modo aberrantem. Volumina Theophrasti, quae nostro in manibus erant, adeo fuisse depravata et a nostris diversa nemo sana mente praetendet.

Sed transeamus ad alterum de platano locum, qui cum Theophrasto cohaerere videtur.

Plin. n. h. XII, 11.

Est Gortynae in insula Creta iuxta fontem platanus una insignis utriusque linguae monimentis, numquam folia dimittens, statimque ei Graeciae fabulositas superfuit Iovem sub ea cum Europa concubuisse, ceu vero non alia eiusdem generis esset in Cypro. Sed ex ea primum

Theophr. h. pl. I, 9, 5.

*Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ὑπὸ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς· τὰς δὲ πλησίας πάσας φυλλοβολεῖν·*

*Ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· φασὶ*

in ipsa Creta, ut est natura hominum novitatis avida, platani satae degeneravere[1]) vitium, quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior est, quam soles aestate arcere, hieme admittere.

δὲ οὐ βλαστάνειν αὐτὴν ἅμα ταῖς ἄλλαις ἀλλὰ μετὰ κύνα. Λέγεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ πλάτανος εἶναι τοιαύτη.

Quae ille tradit de quercu Sybarina, hoc quidem loco omisit noster, sed narrat XVI, 81 his: ‚In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, numquam folia dimittens nec ante mediam aestatem germinans. Idque mirum est Graecis auctoribus proditum apud nos postea sileri'.

His verbis proximis quamvis libentius quidem noster hoc loco illum, si eum excussit, inspexisse et amplificasse videtur, tamen notatur eius incuria. Quod enim miratur a Romanis sileri, idem exstat in Varronis de re rustica libro (I, 7) a Plinio magno opere usurpato, ubi haec leguntur: ‚Itaque Cretae ad Gortynam dicitur platanum esse, quae folia hieme non omittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Item Sybari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu'.

Haec exponere volui exempla pauca, quibus Plini festinatio atque incuria illustretur, quibus, etsi numerus facile augeri potest, contentum esse licebit. Hoc tantum addere in animo est iam toto habitu utriusque libri ubique fere indicari maturationem. Ita enim elocutio est neglecta, ut interdum coniunctio prorsus fere deficiat, totumque praebeat speciem congeriei notatorum correptorum et sine ulla cura orationis festinanter continuatorum. Istud maxime valet de posteriore parte libri tertii decimi.

In festinatione tam conspicua ratio, quae inter multos locos Plini et Theophrasti intercedit, satis notabilis est. Nam si hic multas res ab illo enarratas omittit, alia addit, quae illum deficiunt, si denique materiem prorsus aliter digerit, ut nihil fere eodem loco

---

1) Emendavit Io. Mueller (cf. Emendationen zur Naturalis historia des Plinius, Vindobonae 1877, p. 17).

**reperiatur**, quo apud illum, haec omnia summam deliberationem et **curam** requirere videntur — si non ponere mavis caeca fiducia **alius** cuiusdam fontis hunc teneri.

Ordo rerum a Theophrasto discrepat in tractatu de palmis (XIII, 26—50) cuius argumentum breviter explicabo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| § **26**—27 | de regionibus palmarum | Theophr. | III, 3, 5 suppleri potest |
| **28** | de rigatione et fimo | — | II, 6, 3 latius |
| **31** | de utroque sexu eiusque pomo | — | II, 6, 6 latius |
| **32** | de forma et genere pomi | — | II, 6, 1 brevius |
| **33** | palmae in Cypro | — | II, 6, 7 u. 8 quae distinguuntur genera duo, a Plinio confunduntur |
| **36** | de generatione et trunco | — | II, 6, 2 brevius |
| **37** | de plantariis, de transferendo et deputando | — | II, 6, 3-4 |
| **38** | de sale aspergendo, | — | II, 6, 2 latius |
| | de truncorum divisione | — | II, 6, 9 latius, nonnulla a Plinio discrepant |
| **39** | de chamerope | — | II, 6, 11 brevius |
| **41** | de palma regia | — | II, 6, 7 latius |
| **47** | de coïce | — | II, 6, 20 latius. |

Non minus ordo apud eos diversus est duobus, quos mox propositurus sum, locis. Quorum quaeso nunc contempleris nil nisi ordinem, quoniam de omnibus ceteris rebus postea sermo erit. Ordinem singularum partium litteris minusculis indicabo.

| Plin. h. n. XII, 15—16. | Theophr. h. pl. IV, 4, 2—3. |
|---|---|
| **b**. Malus Assyria, quam alii Medicam vocant, **e**. venenis [1]) medetur. **c**. Folium est unedonis incurrentibus spinis. **d**. Pomum ipsum alias non manditur, odore praecellit foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus arcetque animalium noxia. | **a**. καὶ ἔοικεν ὅλως ὁ τόπος ὁ πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίαν ὥσπερ καὶ ζῶα καὶ φυτὰ φέρειν ἴδια παρὰ τοὺς ἄλλους. Οἷον ἥ τε Μηδία χώρα καὶ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω **b**. καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν ἢ τὸ Περσικὸν καλούμενον. **c**. Ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς ἀνδράχλης, ἀκάνθας |

1) lectio ‚veneris' ($\mathbf{D}^1$ **a d**) sive veneri ($\mathbf{D}^2$) refellitur Theophrasto.

δὲ οἷας ἄπιος ἢ ὀξυάκανθος λείας δὲ καὶ ὀξείας σφόδρα καὶ ἰσχυράς· **d**. τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται μὲν, εὔοσμον δὲ πάνυ καὶ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου· κἂν εἰς ἱμάτια τεθῇ τὸ μῆλον ἄκοπα διατηρεῖ. **e**. Χρήσιμον δ' ἐπειδὰν τύχῃ τις πεπωκὼς φάρμακον θανάσιμον· δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον.

**g**. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus. Temptavere gentes transferre ad sese propter remedii praestantiam **h**. fictilibus in vasis, dato per cavernas radicibus spiramento, qualiter omnia transituri longius seri aptissime transferrique meminisse conveniet, ut semel quaeque dicantur. **a**. Sed nisi apud Medos et in Perside nasci noluit. **f**. Haec est cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis commendandi halitus gratia. **a**. Nec alia arbor laudatur in Medis.

**f**. Καὶ πρὸς στόματος εὐωδίαν· ἐὰν γάρ τις ἑψήσῃ ἐν ζωμῷ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸ ἔσωθεν τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ εἰς τὸ στόμα καὶ καταροφήσῃ, ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἡδεῖαν. Σπείρεται δὲ τοῦ ἦρος εἰς πρασιὰς ἐξαιρεθὲν τὸ σπέρμα διειργασμένας ἐπιμελῶς, εἶτα ἀρδεύεται διὰ τετάρτης ἢ πέμπτης ἡμέρας· ὅταν δὲ ἁδρὸν ᾖ, διαφυτεύεται πάλιν τοῦ ἔαρος εἰς χωρίον μαλακὸν καὶ ἔφυδρον καὶ οὐ λίαν λεπτόν· φιλεῖ γὰρ τὰ τοιαῦτα. **g**. Φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν· τὰ μὲν γὰρ ἀφήρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέττει. Τῶν δὲ ἀνθῶν ὅσα ὥσπερ εἴπομεν ἔχει καθάπερ ἠλακάτην ἐκ μέσου τιν' ἐξέχουσαν ταῦτά ἐστι γόνιμα, ὅσα δὲ μὴ ἄγονα. Σπείρεται δὲ καὶ **h**. εἰς ὄστρακα διατετρημένα καθά-

περ καὶ οἱ φοίνικες. Τοῦτο μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, περὶ τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἐστίν.

Plin. n. h. XII, 37.

**a**. Gentes supra dictas Persis attingit, Rubro mari, quod ibi Persicum vocavimus, **b**. longe in terram aestus agente mira orborum natura. **f**. Namque erosae sale invectis derelictisque similes sicco litore radicibus undis polyporum modo amplexae steriles harenas spectantur. Eaedem mari adveniente fluctibus pulsatae resistunt immobiles. Quin et pleno aestu operiuntur totae, **g**. adparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. **c**. Magnitudo miranda est, **d**. species similis unedoni, pomum amygdalis extra, **e**. intus contortis nucleis.

Theophr. h. pl. IV, 7, 5—6.

. . . **a**. Περὶ δὲ τὴν Περσίδα τὴν κατὰ τὴν Καρμανίαν, **b**. καθ' ὃ ἡ πλημμυρὶς γίνεται, δένδρα ἐστὶν **c**. εὐμεγέθη, **d**. ὅμοια τῇ ἀνδράχλῃ καὶ τῇ μορφῇ καὶ τοῖς φύλλοις· καρπὸν δὲ ἔχει πολὺν ὅμοιον τῷ χρώματι ταῖς ἀμυγδάλαις ἔξωθεν, **e**. τὸ δ' ἐντὸς συνελίττεται καθάπερ συνηρτημένον πᾶσιν. **f**. Ὑποβέβρωται δὲ ταῦτα τὰ δένδρα πάντα κατὰ μέσον ὑπὸ τῆς θαλάττης καὶ ἕστηκεν ὑπὸ τῶν ῥιζῶν ὥσπερ πολύπους. Ὅταν γὰρ ἡ ἄμπωτις γένηται, θεωρεῖν ἐστιν. Ὕδωρ δὲ ὅλως οὐκ ἔστιν ἐν τῷ τόπῳ· καταλείπονται δέ τινες διώρυχες δι' ὧν διαπλέουσιν· αὗται δ' εἰσὶ θαλάττης· **g**. ᾧ καὶ δῆλον οἴονταί τινες, ὅτι τρέφονται ταύτῃ καὶ οὐ τῷ ὕδατι πλὴν εἴ τι ταῖς ῥίζαις ἐκ τῆς γῆς ἕλκουσιν. Εὔλογον δὲ καὶ τοῦθ' ἁλμυρὸν εἶναι· καὶ γὰρ οὐδὲ κατὰ βάθους αἱ ῥίζαι.

Tanta conversio rerum, qua hi loci affecti esse videntur, diligentissimi tantum scriptoris est. Quam ob rem post ea quae exposuimus Plinium ipsum opus id difficillimum in se suscepisse non conceditur, praesertim cum ne id quidem excogitari possit, quibus

tandem momentis, ut conexum pulcherrimum Theophrasti ita discinderet aliterque denuo consarcinaret, commotus sit. Neque enim melior esse Plini ordo dici potest, nec is omnino eundem usque ordinem servat, sed prorsus casu sive licentia ducitur.

Non aliter iudicandum est de iis, quae hic scriptor omisit aut addidit. Quamquam quae omisit saepe studio brevitatis et festinatione declarari possunt. Interciderunt res singulae, quibus supersedisse eum licet putare, vel res ipsa tantum refertur, omissis iis, quae apud Theophrastum eius explicandi causa adduntur. Ut exemplo utamur, loco proxime excusso (XII, 37) Plinius arbores illas asperitate aquarum ali rerum argumentis apparere ait, Theophrastus argumenta ipsa exhibet. XII, 60 in insulis tus melius gigni tradit, ille exponit (IX, 4, 4), cur id fiat. Epitomae Theophrasti videntur exstare XII, 34: de liquore spinae oculis caecitatem inferente (Theophr. IV, 4, 13) et XII, 40: de rigatione insulae Tyli (Theophr. IV, 7, 8).

Sed quantum Plinius in hoc sibi non constaret, iam supra probavimus. Unum tantum exemplum huc adicere liceat. XIII, 54 describit terebinthum, proxima paragrapho rhun [1]; utroque loco multo brevior est Theophrasto (III, 15, 4—5 et 18, 5). Sed videamus, quam secutus sit rationem in breviando. Quae Theophrastus habet de flore, in illo (54) excerpsit in hoc (55) neglexit, contra de situ et collocatione foliorum quae ille diligenter utroque loco exponit, hic (55) enotavit illic (54) praetermisit. Quo in solo optime alatur rhus (55), silet, verum, ubi terebinthus nascatur (54) magnus, ubi parvus, exhibet. Talia locis deinceps sequentibus deprehensa vel summae incuriae scriptoris — atque satis leviter se gessisse Plinium supra demonstratum est — num putas condonanda esse? Equidem si id credere cogerer, cui tandem bono hic naturalem historiam confecisset, prorsus nescirem. Ergo Theophrastus his locis non subest. At si quis tamen, illud ut accipiat,

1) verba: 'rhus Syria mascula fert sterili femina' Mayhoffius summo iure emendavit transponendo verba 'fert sterili'; nam feminam ferre sterili mascula verbis paragraphi prioris efficitur coll. Theophr. (III, 18, 5) τῆς δὲ ῥοῦ τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι τῷ τὸ μὲν ἄκαρπον εἶναι τὸ δὲ κάρπιμον.

animum inducit, quomodo id convenire arbitratur cum subtilitate illa, quae ex locis supra latis ordinis Theophrasto fere contrarii, eluceat, si ponatur illum vere esse excerptum? Cura autem propositi sibi conscia nulla admittitur, quandoquidem nihil est propositum, neque certum argumentum, neque eius certus ordo, neque aliud quidquam.

Nec vero minoris ducenda est subtilitas, ubicunque Theophrastus ex alienis fontibus auctus et amplificatus videtur. Iam locis supra editis (XIII, 56—65 et XII, 15—16) multa insunt, quae in Theophrasto requiruntur. Adiungam capita nonnulla, quibus eadem condicio est.

| Plin. n. h. XII, 24—25. | Theophr. IV, 4, 5 et 7—8. |
| --- | --- |
| **a.** Maior alia pomo et suavitate praecellentior, quo sapientes Indorum vivunt. Folium alas avium imitatur longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice mittit admirabilem suci dulcedine**, ut uno quaternos satiat. Arbori nomen palae, pomo arienae. plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. | **a**[a] Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον καὶ τῷ μεγέθει μέγα καὶ ἡδύκαρπον θαυμαστῶς καὶ μεγαλόκαρπον· καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν ὁ σοφοὶ καὶ μὴ ἀμπεχόμενοι.<br>**a**[b] Ἕτερον δὲ, οὗ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν πρόμηκες τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον, ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον *** |
| **b.** Est et alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret. | **b.** Ἄλλο τέ ἐστιν, οὗ ὁ καρπὸς μακρὸς καὶ οὐκ εὐθὺς ἀλλὰ σκολιὸς, ἐσθιόμενος δὲ γλυκύς. Οὗτος ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμόν ἐμποεῖ καὶ δυσεντερίαν δι' ὃ Ἀλέξανδρος ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν.<br>Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον, οὗ ὁ καρπὸς ὅμοιος τοῖς κρανέοις. |

tandem momentis, ut conexum pulcherrimum Theophrasti ita discinderet aliterque denuo consarcinaret, commotus sit. Neque enim melior esse Plini ordo dici potest, nec is omnino eundem usque ordinem servat, sed prorsus casu sive licentia ducitur.

Non aliter iudicandum est de iis, quae hic scriptor omisit aut addidit. Quamquam quae omisit saepe studio brevitatis et festinatione declarari possunt. Interciderunt res singulae, quibus supersedisse eum licet putare, vel res ipsa tantum refertur, omissis iis, quae apud Theophrastum eius explicandi causa adduntur. Ut exemplo utamur, loco proxime excusso (XII, 37) Plinius arbores illas asperitate aquarum ali rerum argumentis apparere ait, Theophrastus argumenta ipsa exhibet. XII, 60 in insulis tus melius gigni tradit, ille exponit (IX, 4, 4), cur id fiat. Epitomae Theophrasti videntur exstare XII, 34: de liquore spinae oculis caecitatem inferente (Theophr. IV, 4, 13) et XII, 40: de rigatione insulae Tyli (Theophr. IV, 7, 8).

Sed quantum Plinius in hoc sibi non constaret, iam supra probavimus. Unum tantum exemplum huc adicere liceat. XIII, 54 describit terebinthum, proxima paragrapho rhun [1]); utroque loco multo brevior est Theophrasto (III, 15, 4—5 et 18, 5). Sed videamus, quam secutus sit rationem in breviando. Quae Theophrastus habet de flore, in illo (54) excerpsit in hoc (55) neglexit, contra de situ et collocatione foliorum quae ille diligenter utroque loco exponit, hic (55) enotavit illic (54) praetermisit. Quo in solo optime alatur rhus (55), silet, verum, ubi terebinthus nascatur (54) magnus, ubi parvus, exhibet. Talia locis deinceps sequentibus deprehensa vel summae incuriae scriptoris — atque satis leviter se gessisse Plinium supra demonstratum est — num putas condonanda esse? Equidem si id credere cogerer, cui tandem bono hic naturalem historiam confecisset, prorsus nescirem. Ergo Theophrastus his locis non subest. At si quis tamen, illud ut accipiat,

1) verba: 'rhus Syria mascula fert sterili femina' Mayhoffius summo iure emendavit transponendo verba 'fert sterili'; nam feminam ferre sterili mascula verbis paragraphi prioris efficitur coll. Theophr. (III, 18, 5) τῆς δὲ ῥοῦ τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι τῷ τὸ μὲν ἄκαρπον εἶναι τὸ δὲ κάρπιμον.

animum inducit, quomodo id convenire arbitratur cum subtilitate illa, quae ex locis supra latis ordinis Theophrasto fere contrarii, eluceat, si ponatur illum vere esse excerptum? Cura autem propositi sibi conscia nulla admittitur, quandoquidem nihil est propositum, neque certum argumentum, neque eius certus ordo, neque aliud quidquam.

Nec vero minoris ducenda est subtilitas, ubicunque Theophrastus ex alienis fontibus auctus et amplificatus videtur. Iam locis supra editis (XIII, 56—65 et XII, 15—16) multa insunt, quae in Theophrasto requiruntur. Adiungam capita nonnulla, quibus eadem condicio est.

| Plin. n. h. XII, 24—25. | Theophr. IV, 4, 5 et 7—8. |
| --- | --- |
| **a.** Maior alia pomo et suavitate praecellentior, quo sapientes Indorum vivunt. Folium alas avium imitatur longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice mittit admirabilem suci dulcedine**, ut uno quaternos satiat. Arbori nomen palae, pomo arienae. plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. | **a**[a] *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον καὶ τῷ μεγέθει μέγα καὶ ἡδύκαρπον θαυμαστῶς καὶ μεγαλόκαρπον· καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν ὁ σοφοὶ καὶ μὴ ἀμπεχόμενοι.* <br> **a**[b] *Ἕτερον δὲ, οὗ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν πρόμηκες τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον, ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον* *** |
| **b.** Est et alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret. | **b.** *Ἄλλο τέ ἐστιν, οὗ ὁ καρπὸς μακρὸς καὶ οὐκ εὐθὺς ἀλλὰ σκολιὸς, ἐσθιόμενος δὲ γλυκύς. Οὗτος ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμόν ἐμποεῖ καὶ δυσεντερίαν δι' ὃ Ἀλέξανδρος ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν.* <br> *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον, οὗ ὁ καρπὸς ὅμοιος τοῖς κρανέοις.* |

c. Genera arborum Macedones narravere maiore ex parte sine nominibus.

c. *Καὶ ἕτερα δὲ πλείω καὶ διαφέροντα τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀλλ' ἀνώνυμα. Θαυμαστὸν δ' οὐδὲν τῆς ἰδιότητος. Σχεδὸν γάρ, ὥς γε δή τινές φασιν οὐθὲν ὅλως τῶν δένδρων οὐδὲ τῶν ὑλημάτων οὐδὲ τῶν ποιωδῶν ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι πλὴν ὀλίγων.*

d. Est et terebintho similis cetera, pomo amygdalis, minore tantum magnitudine, praecipuae suavitatis, in Bactris utique. Hanc aliqui terebinthon esse proprii generis potius quam similem ei putaverunt.

d. *Φασὶ δὲ εἶναι καὶ τέρμινθον, οἱ δὲ ὅμοιον τερμίνθῳ, ὃ τὸ μὲν φύλλον καὶ τοὺς κλῶνας καὶ τἆλλα πάντα ὅμοια ἔχει τῇ τερμίνθῳ τὸν δὲ καρπὸν διάφορον· ὅμοιον γὰρ ταῖς ἀμυγδάλαις. Εἶναι γὰρ καὶ ἐν Βάκτροις τὴν τέρμινθον ταύτην καὶ κάρυα φέρειν ἡλίκα ἀμύγδαλα διὰ τὸ μὴ μεγάλα καὶ τῇ ὄψει δὲ παρόμοια πλὴν τὸ κέλυφος οὐ τραχύ, τῇ δὲ εὐστομίᾳ καὶ ἡδονῇ κρείττω τῶν ἀμυγδάλων. Δι' ὃ καὶ χρῆσθαι τοὺς ἐκεῖ μᾶλλον.*

e. Sed unde vestes lineas faciunt foliis moro similis, calyce pomi cynorrhodo. Serunt eam in campis nec est gratior vinearum prospectus.

e. *Ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια ποιοῦσιν, τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἔχει τῇ συκαμίνῳ τὸ δὲ ὅλον φυτὸν τοῖς κυνορόδοις ὅμοιον. Φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ' ὄρχους, δι' ὃ καὶ πόρρωθεν ἀφορῶσι ἄμπελοι φαίνονται.*

f. *Ἔχει δὲ καὶ φοίνικας ἔνια μέρη πολλούς.*

Ad textus recognitionem nonnulla sunt dicenda. Ex arboribus, quas in Theophrasto litteris $a^a$ et $a^b$ signavi, apud Plinium una

facta est. Cui rei facile mederi potes inserendo post ‚folium': ‚alius' (ἕτερον δὲ), ut legatur: 'folium alius alas avium imitatur ...'; nam simili sonitu verbi subsequentis eam vocem facillime excidere potuisse nemo infitiabitur. Tamen id facere dubito, cum respiciam ad XIII, 33 et 65 et 135, quibus locis genera bina Theophrasti in singula confunduntur potestate emendandi nulla data.

In extrema paragrapho (25) haec traduntur: ‚nec est gratior ullarum (D[2]; ceteri codices ‚villarum') prospectus'. Neutra lectio sensum habet; itaque iam Pintianus summa cum evidentia veri rectam hausit e Theophrasto (ἄμπελοι φαίνονται): ‚vinearum', mirorque, quod Mayhoff, editor Plini doctissimus, hanc coniecturam in textum suum non recepit. Priore paragrapho verba: ‚ut uno quaternos satiat' cum antecedentibus ‚admirabilem suci dulcedine' coniungenda non sunt; neque enim est dulcedo, sed magnitudo, qua plures satiantur. Quam ob rem Ian lacunam hic esse ratus inseruit ‚et tanta magnitudine'.

Theophrastum et ipsum hoc loco e Plinio emendare conatus est Harduinus, cum hoc exhibente: ‚folium alas avium imitatur longitudine trium cubitorum, latitudine duum' ille tantum haberet: μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον. Qua re commotus is lacunam in illo statuit, quam explendam esse ex hoc ita, ut post μῆκος interponatur: ... μὲν τριπηχυαῖον, εὖρος ... Satis probabile sane id quidem! Sed sicut modo, quamvis praeclara potestas emendandi daretur et profecto non deterior hac, rem in medio relinquere coacti sumus, item haec quoque quaestio iniudicata relinquetur.

Ut enim aliis rebus, ita vel numeris mensurae definiendis non semper Plinius cum Theophrasto congruit. Iam exemplum exstitit XIII, 57, ubi de ficus Aegyptiae partu frequentiore Theophrastus quidem: καὶ τοῦθ' οἱ μὲν τρὶς οἱ δὲ πλεονάκις φασὶ γίγνεσθαι, Plinius vero tradit: ‚septeno ita numerosa partu'. An pro πλεονάκις coniciendum videtur: ἑπτάκις? Difficillimum id genus locis est dictu, utrum scriptores ambo inter se discrepent, an lectio sit corrupta. Eodem autem iure, quo illa in Theophrasto excidisse opinamur, supplebimus et ea, quae Plinius de suci dulcedine fert et quae de nominibus arboris et pomi, quorum in Theophrasto

**c.** Genera arborum Macedones narravere maiore ex parte sine nominibus.

**c.** Καὶ ἕτερα δὲ πλείω καὶ διαφέροντα τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀλλ' ἀνώνυμα. Θαυμαστὸν δ' οὐδὲν τῆς ἰδιότητος. Σχεδὸν γάρ, ὥς γε δή τινές φασιν οὐθὲν ὅλως τῶν δένδρων οὐδὲ τῶν ὑλημάτων οὐδὲ τῶν ποιωδῶν ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι πλὴν ὀλίγων.

**d.** Est et terebintho similis cetera, pomo amygdalis, minore tantum magnitudine, praecipuae suavitatis, in Bactris utique. Hanc aliqui terebinthon esse proprii generis potius quam similem ei putaverunt.

**d.** Φασὶ δὲ εἶναι καὶ τέρμινθον, οἱ δὲ ὅμοιον τερμίνθῳ, ὃ τὸ μὲν φύλλον καὶ τοὺς κλῶνας καὶ τἆλλα πάντα ὅμοια ἔχει τῇ τερμίνθῳ τὸν δὲ καρπὸν διάφορον· ὅμοιον γὰρ ταῖς ἀμυγδάλαις. Εἶναι γὰρ καὶ ἐν Βάκτροις τὴν τέρμινθον ταύτην καὶ κάρυα φέρειν ἡλίκα ἀμύγδαλα διὰ τὸ μὴ μεγάλα καὶ τῇ ὄψει δὲ παρόμοια πλὴν τὸ κέλυφος οὐ τραχύ, τῇ δὲ εὐστομίᾳ καὶ ἡδονῇ κρείττω τῶν ἀμυγδάλων. Δι' ὃ καὶ χρῆσθαι τοὺς ἐκεῖ μᾶλλον.

**e.** Sed unde vestes lineas faciunt foliis moro similis, calyce pomi cynorrhodo. Serunt eam in campis nec est gratior vinearum prospectus.

**e.** Ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια ποιοῦσιν, τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἔχει τῇ συκαμίνῳ τὸ δὲ ὅλον φυτὸν τοῖς κυνορόδοις ὅμοιον. Φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὰ κατ' ὄρχους, δι' ὃ καὶ πόρρωθεν ἀφορῶσι ἄμπελοι φαίνονται.

**f.** Ἔχει δὲ καὶ φοίνικας ἔνια μέρη πολλούς.

Ad textus recognitionem nonnulla sunt dicenda. Ex arboribus, quas in Theophrasto litteris a[a] et a[b] signavi, apud Plinium una

facta est. Cui rei facile mederi potes inserendo post ‚folium': ‚alius' (ἕτερον δὲ), ut legatur: 'folium alius alas avium imitatur ...'; nam simili sonitu verbi subsequentis eam vocem facillime excidere potuisse nemo infitiabitur. Tamen id facere dubito, cum respiciam ad XIII, 33 et 65 et 135, quibus locis genera bina Theophrasti in singula confunduntur potestate emendandi nulla data.

In extrema paragrapho (25) haec traduntur: ‚nec est gratior ullarum (D[2]; ceteri codices ‚villarum') prospectus'. Neutra lectio sensum habet; itaque iam Pintianus summa cum evidentia veri rectam hausit e Theophrasto (ἄμπελοι φαίνονται): ‚vinearum', mirorque, quod Mayhoff, editor Plini doctissimus, hanc coniecturam in textum suum non recepit. Priore paragrapho verba: ‚ut uno quaternos satiat' cum antecedentibus ‚admirabilem suci dulcedine' coniungenda non sunt; neque enim est dulcedo, sed magnitudo, qua plures satiantur. Quam ob rem Ian lacunam hic esse ratus inseruit ‚et tanta magnitudine'.

Theophrastum et ipsum hoc loco e Plinio emendare conatus est Harduinus, cum hoc exhibente: ‚folium alas avium imitatur longitudine trium cubitorum, latitudine duum' ille tantum haberet: μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον. Qua re commotus is lacunam in illo statuit, quam explendam esse ex hoc ita, ut post μῆκος interponatur: ... μὲν τριπηχυαῖον, εὖρος ... Satis probabile sane id quidem! Sed sicut modo, quamvis praeclara potestas emendandi daretur et profecto non deterior hac, rem in medio relinquere coacti sumus, item haec quoque quaestio iniudicata relinquetur.

Ut enim aliis rebus, ita vel numeris mensurae definiendis non semper Plinius cum Theophrasto congruit. Iam exemplum exstitit XIII, 57, ubi de ficus Aegyptiae partu frequentiore Theophrastus quidem: καὶ τοῦθ' οἱ μὲν τρὶς οἱ δὲ πλεονάκις φασὶ γίγνεσθαι, Plinius vero tradit: ‚septeno ita numerosa partu'. An pro πλεονάκις coniciendum videtur: ἑπτάκις? Difficillimum id genus locis est dictu, utrum scriptores ambo inter se discrepent, an lectio sit corrupta. Eodem autem iure, quo illa in Theophrasto excidisse opinamur, supplebimus et ea, quae Plinius de suci dulcedine fert et quae de nominibus arboris et pomi, quorum in Theophrasto

nullum vestigium, quamquam ne id quidem, quomodo factum sit, intellegitur, ut inter has lacunas verbum unum διπηχυαῖον resideret. Nec non eodem pacto, quotquot rebus hic amplior est illo, ea omnia apud hunc periisse librariorum neglegentia vel iniquitate temporum licebit imaginari. Quae opinio — ut hanc rem iam nunc anticipem — aliquo modo iuvatur iis, quae de Theophrasteae memoriae fide constant. Qua de re Oscar Kirchner (cf. ‚de Theophrasti libris phytologicis' Vratisl. 1874. p. 9), postquam dixit de codicis Urbinatis omnium optimi praestantia, praesertim quo multae lacunae ceterorum supplerentur: ‚Quanquam', inquit, ‚vidimus, quod inter omnes constat, Urbinatem omnium codicum esse praestantissimum, tamen non lectionem priscam servavit, ut coniciendo et suspicando nobis non opus sit; immo multas in eo invenimus lacunas manifestas, tantamque librariorum neglegentiam, ut Theophrasti opera iis adscribenda sint, quae ex antiquis temporibus male nostrae memoriae tradita sunt'. Quod si statueretur Theophrastum e Plinio multis locis diligentia et accuratione excussum esse, iis lacunas textus Theophrastei ex hoc explere aptum videretur. Sed siquidem constat hos libros a Plinio festinantius correptos esse, etsi ex ipso Theophrasto eos originem duxisse ponere vellemus, tamen in illo negotio summa opus esset cautione. Ceterum comparanti numerum lacunarum, quae in Theophrasto statuuntur, cum immensa vi eorum, quibus noster illo copiosior est, in promtu erit eum, qui his historiam plantarum implere velit, artem criticam prorsus pervertere. Quae cum ita sint ratione, quae inter eos intercedit, tam incerta, et de nostro casu 'non liquet' potius est confitendum quam certo diiudicandum, etsi non negatur Harduini sententiam a verisimilitudine non ita abhorrere.

Veri similior emendatio Theophrasti ex Plinio admittitur de loto, herba palustri, tractata ab hoc XIII, 107—110, ab illo IV, 8, 9—11. Loci in universum concinunt, nisi quod in utroque nonnulla insunt, quae alterum deficiunt; una tamen re in alia discedunt. Hic tradit lotum provenire ‚similem <u>fabae</u> caule foliisque densa congerie stipatis brevioribus tantum gracilioribusque'. In Theophrasto vero legitur: τὸ ἄνθος αὐτοῦ λευκὸν, ἐμφερὲς τῇ

*στενότητι τῶν φύλλων τοῖς τοῦ κρίνου, πολλὰ δὲ καὶ πυκνὰ ἐπ' ἀλλήλοις φύεται.* Ex Plini 'fabae' conicio a Theophrasto scriptum fuisse *κυάμου* nec multum tunc temporis inter se discrepabant lectiones *ΚΡΙΝΟΥ* et *ΚΥΑΜΟΥ*.

Alio loco non ita aliena est opinio in Theophrasto lacunam supplendam esse e Plinio, ubi haec leguntur:

Plin. n. h. XIII, 129.

Non omittendum est et quod Babylone seritur in spinis, quoniam non aliubi vivit, sicut et viscum in arboribus, sed illud in spina tantum, quae regia vocatur. Mirum quod eodem die germinat, quo iniectum est — inicitur autem ipso canis ortu — et celerrime arborem occupat. Condiunt eo vina et ideo serunt. Spina illa nascitur et Athenis in longis muris.

Theophr. C. pl. II, 17, 3 [1]).

. . . *οἷον τὸ περὶ Βαβυλῶνα τῇ ἀκάνθῃ περὶ τὸ ἄστρον ἐπισπειρόμενόν φασιν αὐθήμερον ἀναβλαστάνειν καὶ ταχὺ περιλαμβάνειν καὶ τὴν ἄκανθαν* ...

Stirpem hanc Athenis nasci apud Theophrastum desideratur, quanquam is Athenis habitabat. Et fortasse quispiam praepropere statuet lacunam Theophrasti explendam e Plinio. At ne id quidem Theophrastus habet non nisi in spina regia eam stirpem gigni, quanquam hanc haud ignorat (cf. C. pl. I, 10, 5: *ἄκανθα βασιλική*). Utrumque vero cur Theophrastum deficiat, intellegitur verbis Plini: 'Condiunt eo vina et ideo serunt'. Is usus Theophrasto ignotus fuit eoque, quod is in Graeciam inductus est, effectum est, ut planta Athenas procederet — ut videtur, post tempora Eresii.

Alio loco Theophrastum e Plinio supplere vetamur ipsius verbis.

Plin. n. h. XII, 104—106.

Calamus quoquo adoratus in Arabia nascitur, communis

Theophr. IX, 7, 1.

*Ὁ δέ κάλαμος γίνεται καὶ ὁ σχοῖνος ὑπερβάλλοντι τὸν*

1) Num libri de causis plantarum Plinio noti fuerint, infra videbitur.

Indis atque Syriae est, in qua vincit omnes. A nostro mari CL stadiis inter Libanum montem aliumque ignobilem — non ut quidam existimavere Antilibanum — in convalle modica iuxta locum cuius palustria aestate siccantur, tricenis ab eo stadiis calamus et iuncus odorati gignuntur. Sane enim dicamus et de iunco quamvis alio herbis dicato volumine, quoniam tamen hic unguentorum materia tractatur. nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu, sed calamus praestanti odore statim e longinquo invitat, mollior tactu, meliorque qui minus fragilis et qui assulose potius, quam qui raphani modo frangitur. Inest fistulae araneum quod vocant; flore praestantiore, cui numerosius. Reliqua probatio, ut niger sit; damnantur albi, melior quo brevior crassiorque et lentus in frangendo. Calamo pretium in libras singulas X ɪ, iunco X v, traduntque iuncum odoratum et in Campania inveniri.

*Λίβανον μεταξὺ τοῦ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινος ὄρους μικροῦ ἐν τῷ αὐλωνίσκῳ τούτῳ καὶ οὐχ ὥς τινές φασι τοῦ Ἀντιλιβάνου. Ὁ γὰρ Ἀντιλίβανος μακρὰν ἀπέχει τοῦ Λιβάνου καὶ μεταξὺ τούτων ἐστὶν ὃν αὐλῶνα καλοῦσι πεδίον πολὺ καὶ καλόν. Ὅπου δὲ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος φύεται, λίμνη μεγάλη τυγχάνει, πρὸς ταύτην δὲ ἐν τῷ ἕλει τῷ ἀνεξηραμμένῳ πεφύκασι· τόπον δὲ ἔχουσι πλεῖον ἢ τριάκοντα σταδίων. Οὐκ ὄζουσι δὲ χλωροὶ ἀλλὰ ξηρανθέντες· τῇ προσόψει δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων· εἰσβάλλοντι δ' εἰς τὸν τόπον εὐθὺς ὀσμὴ προσβάλλει· οὐ μὴν πορρωτέρωγε ἡ ἀναπνοὴ γίνεται καθάπερ τινές φασι ταῖς προσφερομέναις ναυσὶ πρὸς τὴν χώραν· καὶ γὰρ ὁ τόπος οὗτος ἀπὸ θαλάττης ἀπέχει πλείους ἢ ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους ἀλλ' ἐν Ἀραβίᾳ . . .*

Ioannes Mueller in emendationum ad Plini naturalem historiam parte altera (p. 23) de hoc loco verba fecit; atque notavit descriptionem iunci promitti sed non ferri; itaque coniecit scribendum esse 'damnantur albi, iuncus melior'... Sed iniuria requirere

mihi videtur descriptionem iunci; neque enim ea promittitur a scriptore, qui verbis 'sane enim dicamus et de iunco' excusare vult, quod hoc loco iunci quoque fit mentio, et id facere praetendit, quia hoc volumine materia unguentorum tractetur; iuncum autem alio loco describi colliges e verbis: 'nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu' (sc. calamus et iuncus)[1]. Sed eo concesso veram causam tamen fuisse ex Theophrasto videmus, quod in fonte una tractabantur calamus et iuncus. Et hanc rem ita se habere cernitur et ex XII, 34, ubi item de herba quadam dicitur, quamvis ea abhorreat a materia unguentorum, in fonte tamen eodem loco descripta. Itaque descriptio accurata neque promittitur neque est requirenda aut eam in fonte fuisse ex Theophrasto, ubi prorsus deest, credibile fit — sicut rursus calamum in fonte latius descriptum fuisse ex Plinio colligitur. Quod autem de bonitate calami bis idem profertur, id equidem aliter interpretor. Consuevit noster, ubicunque arborem descripserat, postremo addere, quomodo adulteretur materia, dein pretium, vel si plura genera in usu erant, omnium pretia summa cum diligentia enotare. Haec autem ad ipsius Plini tempora pertinere nemo non videt, ergo ex auctore cui descriptio debetur tota — sive is fuit Theophrastus, sive alius e prioribus — non sunt. Ea quaesita esse puto vel ab institoribus et unguentariis — laudantur a nostro institores XII, 103, unguentarii XII, 102 et 125; XIV, 123; XXXI, 91; XII, 83 'periti rerum' sunt iidem — vel quod equidem praefero, e libro quodam aequali de unguentis composito. E quo etiam tractatus de unguentis (XIII, 1—25) et quaecunque alicubi de eadem re produntur permulta hausta sunt. Vestigium eius libri invenisse sibi videtur Silligius ad Plin. XIII, 5, ubi de nonnullis unguentis sermo est: 'transscripsit haec Plinius ex Apollonii (qui in indice huius libri male Apollodorus dicitur) libro de odoribus ap. Athen. XV. p. 688 e'. At qui accuratius Plini et Athenaei verba comparaverit, videbit a consensu scriptores longe abesse adeo, ut eos inter se cohaerere vix poni possit. Immo Apollodori nomen iure servari inter auctores

1) iuncus describitur XXI, 112 sqq. ex Magone, unde colligitur de eadem re diversis libris diversos auctores a Plinio usurpari.

librorum XII et XIII apparet ex Athenaeo XV p. 675 e huiusce librum *περὶ μύρων καὶ στεφάνων* ferente. Idemque auctor laudatur ab nostro XIV, 76 de bonitate vinorum quorundam. Quibus locis comparatis veri fit simillimum ex illo haustum esse caput de unguentis (XIII, 1—25) et quae noster in extremo quoque capite atque eo, a quo haec disputatio exorsa est, exhibet de probatione integritatis, de bonitate generum diversorum, de pretiis, cett.

Quae si recte disputantur, noster, ubi rem quandam pertractaverat, secum cogitabat: 'Reliquum est, ut spectem, quae sit probatio rei apud unguentarium meum'. Itaque factum est, ut hoc loco pergeret: 'reliqua probatio ...' et festinationi eius nimiae iure tribuitur, quod non animadvertit nonnulla iam ex priore fonte se enotasse.

Totius capitis duae particulae in solo Plinio leguntur: quae de calamo proferuntur a verbis 'mollior tactu' usque ad 'numerosius' et in initio quae de locis, ubi nascatur. Sed neutrum in Theophrasto intercidisse fidem habebit. Indici enim calami ab illo hoc loco mentionem fieri non potuisse elucet e IV, 11, 13, ubi de Indico: *ὁ δὲ Ἰνδικὸς (κάλαμος) ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ καὶ ὥσπερ ἕτερον ὅλως τὸ γένος.* Nec vero de fragmento altero quisquam idem obtinebit, modo spectaverit, quid verbis antecedentibus 'odore statim e longinquo invitat' in Theophrasto respondeat. Quibus comparatis Plinium illius verba non novisse efficitur.

Ut autem ea, quibus Plinius Theophrasto copiosior est, supplenda in Theophrasto non sunt, ita ne ex aliis quidem scriptoribus ab illo addita esse cogitari debet propter Plini in his libris scribendis festinationem et neglegentiam iam satis notatam. Minus etiam mente concipi potest, quom odo factum sit, ut is, qui multas res a Theophrasto diligentissime curatas veluti in transitu attigit, plures prorsus praeteriit, ut is, qui breviarium quoddam illius praebet, rursus tam gravem laborem continuo subiret multa singula ex alio vel aliis auctoribus breviario isti inserendi, neque tantum totos verborum ambitus, verum etiam singulas voces, res minutissimas. Absurdius esset, si disputationem eandem, quae summarium breve Theophrasti videtur, aliunde rebus vilissimis amplificari nobis persuaderetur. Adde quod haec adiecta item atque transpositiones illas consilium certum sive ratio vera deficit. Ergo locos hos nec e

Theophrasto haustos nec ex illo aliisve pluribus concerptos esse iam videtur planum. Alia eorum origo quaerenda est. Cui quaestioni nescio an lucem aliquam afferant loci, quae sum prolaturus.

Plin. XII, 33–34.

**a.** Contermina Indis gens Ariana appellatur, cui spina lacrima pretiosa murrae simili, difficili accessu propter aculeos adnexos.

(Hoc loco optime perspicitur, qua inconstantia alia supersint alia desiderentur in Plinio quantumque haec condicio ab omni ratione abhorreat. Formam 'simili' correxit Mayhoff e Theophrasto; codices: 'similis').

**c.** Ibi et frutex pestilens magnitudine raphani, folio lauri, odore equos invitans, <u>qui paene equitatu orbavit Alexandrum primo introitu.</u>

('magnitudine' ab Urlichsio (vind. Plin. N. 215) ex Theophrasto collata paragrapho 35 rectissime insertum est).

**d.** Quod et in Gedrosis accidit item laureo folio.

**e.** Et ibi spina tradita est, cuius liquor adspersus oculis caecitatem inferret omnibus animalibus.

Theophr. IV, 4, 12—13.

**a.** Ἐν δὲ τῇ Ἀρίᾳ χώρᾳ καλουμένῃ ἄκανθά ἐστιν, ἐφ᾽ ἧς γίνεται δάκρυον ὅμοιον τῇ σμύρνῃ καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ· τοῦτο δὲ, ὅταν ἐπιλάμψῃ ὁ ἥλιος, καταρρεῖ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παρὰ τὰ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνεται.

**b.** Quae de alia spina hic adseruntur in Plinio non sunt.

**c.** Ἄλλο δὲ ὕλημα μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥάφανος, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον δάφνῃ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ μορφῇ. <u>Τοῦτο εἴ τις φάγοι, ἐναποθνήσκει. Δι᾽ ὃ καὶ ὅπου ἵπποι τούτους ἐφύλαττον διὰ χειρῶν.</u>

**d.** Ἐν δὲ τῇ Γεδρωσίᾳ χώρᾳ πεφυκέναι φασὶν ἓν μὲν ὅμοιον τῇ δάφνῃ φύλλον ἔχον, οὗ τὰ ὑποζύγια καὶ ὁτιοῦν εἰ φάγοι μικρὸν ἐπισχόντα διεφθείροντο παραπλησίως διατιθέμενα καὶ σπώμενα ὁμοίως τοῖς ἐπιλήπτοις.

**e.** Ἕτερον δὲ ἄκανθάν τινα εἶναι· ταύτην δὲ φύλλον μὲν οὐδὲν ἔχειν, πεφυκέναι δ᾽ ἐκ μιᾶς ῥίζης· ἐφ᾽ ἑκάστῳ

*δὲ τῶν ὄζων ἄκανθαν ἔχειν ὀξεῖαν σφόδρα καὶ τούτων δὲ καταγνυμένων ἢ προστριβομένων ὀπὸν ἐκρεῖν πολὺν, ὃς ἀποτυφλοῖ τἆλλα ζῶα πάντα καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους εἴ τις προσραίνειεν αὐτοῖς.*

**f.** Nec non et herba praecipui odoris referta minutis serpentibus, quorum ictu protinus moriendum esset.

**f.** *Ἐν δὲ τόποις τισὶ πεφυκέναι τινὰ βοτάνην, ὑφ' ᾗ συνεσπειρωμένους ὄφεις εἶναι μικροὺς σφόδρα· τούτους δ' εἴ τις ἐμβὰς πληγείη θνήσκειν.*

**g.** Onesicritus tradit in Hyrcaniae convallibus fico similes esse arbores, quae vocentur occhi, ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.

Quod in Theophrasto sequitur de palmis crudis, Plinius habet, ubi de palmis XIII, 50. Haec vero Plini (**g**) Theophrastus repudiavit.

His, quae de arboribus nonnullarum plagarum, quas Alexandri expeditio attigit, proferuntur, concentus idem est atque locis antea excussis, sed conspicuus est locus eo, quod in fine res adiungitur, quam ex Onesicrito hausisse noster simulat. At Onesicritum apud Iubam se legisse ipse profitetur VI, 96, cum dicit 'indicari convenit quae prodidit Onesicritus classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, enarrata proxume a Iuba'. Unde, quin Onesicritum omnino hauserit e Iuba, iam non dubitandum est. Haec suprema igitur debentur Iubae. Theophrastus autem Onesicritum non adhibuerat, quippe qui fabulosior quam verior esset (cf. de eo Strabon. XV, p. 698 et Gellium IX, 4, 3). Quid, in tanta difficultate de origine totius loci nonne nodus iste simpliciter exsolvitur, si cuncta haec e Iuba fluxisse ponitur? Cui sententiae nullam rem repugnare contra multas favere alio loco accuratius exponetur. Proximo capite huius simillimo agitur de plantis insulae Tyli.

Plin. n. h. XII, 38—40.

**a.** Tylos insula in eodem sinu est, repleta silvis, qua spectat

Theophr. h. pl. IV, 7, 7—8.

**a.** *Ἐν Τύλῳ δὲ νήσῳ, κεῖται δ' αὕτη ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ,*

orientem quaque et ipsa aestu maris perfunditur. Magnitudo singulis arboribus fici. Flos suavitate inenarrabili. Pomum lupino simile propter asperitatem intactum omnibus animalibus.

τὰ μὲν πρὸς ἕω, τοσοῦτο πλῆθος εἶναί φασι δένδρων ὅτ' ἐκβαίνει ἡ πλημμυρὶς ὥσθ' ἀπηχυρῶσθαι. Πάντα δὲ ταῦτα μεγέθη μὲν ἔχειν ἡλίκα συκῆ, τὸ δὲ ἄνθος ὑπερβάλλον τῇ εὐωδίᾳ, καρπὸν δὲ ἄβρωτον ὅμοιον τῇ ὄψει τῷ θέρμῳ.

**b.** Eiusdem insulae excelsiore suggestu lanigerae arbores alio modo quam Serum. His folia infecunda quae, ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt mali cotonei amplitudine cucurbitas, quae maturitate raptae ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. Arborem vocant gossypinum, fertiliore etiam Tylo minore, quae distat X p.

**b.** Φέρειν δὲ τὴν νῆσον καὶ τὰ δένδρα τὰ ἐριοφόρα πολλά. Ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν παρόμοιον τῇ ἀμπέλῳ πλὴν μικρὸν, καρπὸν δὲ οὐδένα φέρειν. Ἐν ᾧ δὲ τὸ ἔριον ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν συμμεμυκός. Ὅταν δὲ ὡραῖον ῇ, ἐκπετάννυσθαι καὶ ἐξείρειν τὸ ἔριον, ἐξ οὗ τὰς σινδόνας ὑφαίνουσι, τὰς μὲν εὐτελεῖς τὰς δὲ πολυτελεστάτας.

**c.** Iuba circa fruticem lanuginem esse tradit linteaque ea Indicis praestantiora, Arabiae autem arborem, ex qua vestes faciunt, cynas vocari, folio palmae simili. Sic Indos suae arbores vestiunt.

Γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐν Ἰνδοῖς ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἐν Ἀραβίᾳ.

Haec ultima sensum non habent. Post 'Indos' supplendum videtur 'et Arabes', quod propter similem sonitum atque speciem vocis 'arbores' intercidit, ut recte legatur: 'Sic Indos et Arabes suae arbores vestiunt', quae verba post antea dicta bonum sensum praebent. Nec non iuvatur ea coniectura verbis Theophrasti, quae, etsi in Plinio non sunt, tamen his Iubae aliquo modo cohaerent. Atque rem ita intellego, ut Iuba in Androsthene, Theophrasti fonte, (cf. C. pl. II, 5, 5 ὃ ἔλεγεν Ἀνδροσθένης ὑπὲρ τῶν ἐν

*Τύλῳ* et Arrian. anab. VII, 20) illa legerit, quibus quaestio de lanigeris ad finem perducta erat, sed ipse accuratiora scire sibi visus sit. Apertum est ex iis, quae Plinius excussit, Iubam de tota re fusius egisse, nec alienum videtur, ut quae apud nostrum antecedunt cuncta ex illo hausta esse arbitremur, quae sententia optime quadrat ad ea, quae supra exposita sunt. Iubam igitur, postquam summam rei secundum fontem suum explanavit, nonnullis rebus additis vel correctis professum esse suspicor haec ipsius experientiae deberi. Itaque Plinius de hac una re Iubam laudat, quamquam totum caput ex eo hausit. Qua re consideres quaeso, quantum distent Plini (Iubae) et Theophrasti verba extrema. Ille rem concludit his: 'Quae cum ita sint, de Arabiae arboribus lanigeris idem valet atque Indiae'. At Plinius: 'Sic et Indos et Arabes *suae* arbores vestiunt' id est: 'Sic et India et Arabia suas quaeque vestes gignit peculiares, atque, ut dictum est, haec praestantiores, illa viliores'. Rem ita esse et eo probatur, quod iam in prioribus Plini verbis Theophrastus correctus est, cum scriberetur 'vestes pretioso linteo' illo exhibente *τὰς μὲν εὐτελεῖς τὰς δὲ πολυτελεστάτους*. Plinius ipse autem id genus correctiones non sine magno clamore ferre solet.

Sed continuemus caput nostrum.

**d.** In Tylis autem et alia arbor floret albae violae specie, sed magnitudine quadriplici, sine odore, *quod miremur in eo tractu*.

**d.** *Εἶναι δὲ ἄλλα δένδρα τὸ ἄνθος ἔχοντα ὅμοιον τῷ λευκοΐῳ πλὴν ἄοδμον, τῷ μεγέθει καὶ τετραπλάσιον τῶν ἴων.*

**e.** Est et alia similis foliosior tamen roseique floris, quem noctu comprimens aperire incipit solis exortu, meridie expandit. Incolae dormire eum dicunt.

**e.** *Καὶ ἕτερον δέ τι δένδρον πολύφυλλον ὥσπερ τὸ ῥόδον· τοῦτο δὲ τὴν μὲν νύκτα συμμύειν, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι διοίγνυσθαι, μεσημβρίας δὲ τελέως διεπτύχθαι, πάλιν δὲ τῆς δείλης συνάγεσθαι κατὰ μικρὸν καὶ τὴν νύκτα συμμύειν· λέγειν δὲ καὶ τοὺς ἐγχωρίους, ὅτι καθεύδει.*

f. Fert eadem insula et palmas oleasque ac vites et cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt,

f. Γίνεσθαι δὲ καὶ φοίνικας ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἀμπέλους 'καὶ τἆλλα ἀκρόδρυα καὶ συκᾶς οὐ φυλλορροούσας.

g. rigaturque gelidis fontibus et imbres accipit.

g. (Hoc Theophrastus multo pluribus exposuit et hoc loco et C. pl. II, 5, 5.)

Omnes fere, qui supersunt, loci, exempla praebent vel ordinem rerum esse variatum vel sententias in artum collectas vel singulas res plures paucioresve libidinose omissas sive additas. Quibus omnibus locis iam efficitur Eresium a nostro non usurpatum esse; quin etiam compluries illum ne lectum quidem esse apparebat. Idem nunc in animo est probare argumento novo, altera serie locorum nixo. Sed iam iis, quos produximus, locis interdum accidit, ut Plinius cum Theophrasto tum levius (cf. XII, 33, 38, 39; XIII, 62, 65) tum gravius (cf. XII, 16, 25, 106; XIII, 56, 57, 58, 61) discreparet, discrepantiae mentione non habita. Speciem praebet Plinius quasi meliorem sententiam aliunde hauserit atque cum silentio rem correxerit. Primum quidem repeto quae supra dicta sunt de locis amplificatis, quae nimirum eodem iure huc cadunt: complurium auctorum usurpationem et conexionem cum tanta, quanta undique elucet, scriptoris festinatione vix coniungi potuisse nec ideo nostro tribui posse. Deinde autem in discrepantia fontium per totum opus consuetudo est nostro, ut aut auctorum sententias diversas iuxta enarret, aut si alius per alium corrigitur, et falsam et veram sententiam ferat saepe non sine magna contemptione errantium. Id nullo loco eorum quos monui quosque modó adiungam accidit. Denique discrepantias nostrum, si modo Theophrastum excussit, propter solam neglegentiam praeteriisse non accipitur, quarum nonnullae ne summam quidem neglegentiam latere poterant.

Sed exempla, quae sum pollicitus, deinceps producam eo consilio ductus, ut a discrepantiis levioribus ad gravissimas progrediar.

Plin. n. h. XII, 22—23.

Ficus ibi eximia pomo. Sui semper heres, vastis diffunditur ramis, quorum imi in terram adeo curvantur, ut annuo spatio infigantur novamque sibi progeniem faciant circa parentem in orbem quodam opere topiario. Intra saepem eam aestivant pastores opacam pariter et munitam vallo arboris, decora specie supter intuenti proculve fornicato ambitu. Superiores eiusdem rami in excelsum emicant silvosa multitudine, vasto matris corpore, ut sexaginta passus pleraeque orbe colligant, umbra vero bina studia operiant. Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet. Ea causa fructum integens crescere prohibet, rarusque est nec fabae magnitudinem excedens sed per folia solibus coctus praedulcis sapore et dignus miraculo arboris. Gignitur circa Acesinen maxime amnem.

Theophr. h. pl. IV, 4, 4.

Ἡ δὲ Ἰνδικὴ χώρα τήν τε καλουμένην ἔχει συκῆν, ἣ καθίησιν ἐκ τῶν κλάδων τὰς ῥίζας ἀν' ἕκαστον ἔτος, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· ἀφίησι δὲ οὐκ ἐκ τῶν νέων ἀλλ' ἐκ τῶν ἕνων καὶ ἔτι παλαιοτέρων· αὗται δὲ συνάπτουσαι τῇ γῇ ποιοῦσιν ὥσπερ δρύφακτον κύκλῳ περὶ τὸ δένδρον ὥστε γίνεσθαι καθάπερ σκηνὴν, οὗ δὴ καὶ εἰώθασι διατρίβειν. Εἰσὶ δὲ αἱ ῥίζαι φυόμεναι διάδηλοι πρὸς τοὺς βλαστούς· λευκότεραι γὰρ καὶ δασεῖαι καὶ σκολιαὶ καὶ ἄφυλλοι. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἄνω κόμην πολλὴν καὶ τὸ ὅλον δένδρον εὔκυκλον καὶ τῷ μεγέθει μέγα σφόδρα· καὶ γὰρ ἐπὶ δύο στάδια ποιεῖν φασι τὴν σκιάν· καὶ τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἔνια πλειόνων ἢ ἑξήκοντα βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τετταράκοντα. Τὸ δέ γε φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης, καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν ἡλίκον ἐρέβινθον ὅμοιον δὲ σύκῳ· δι' ὃ καὶ ἐκάλουν αὐτὸ οἱ Ἕλληνες συκῆν· ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς τὸν καρπὸν οὐχ ὅτι κατὰ τὸ τοῦ δένδρου μέγεθος ἀλλὰ κατὰ τὸ ὅλον· φύεται δὲ καὶ τὸ δένδρον περὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν.

Theophrastus dicit de magnitudine foliorum, Plinius de forma. Ceterum cum Theophrasto consentit Strabo XV, 1, 21, ubi Onesicritus et Aristobulus auctores laudantur: *τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἔλαττω.*

Altera discrepantia dubito an coniectura sit solvenda; si apud Plinium pro lectione tradita 'pleraeque' ponitur: 'ut sexaginta passus pluresque orbe colligant', ea consentiunt cum Theophrasto ita, ut Plinius, qua erat cupiditate miraculorum, maiorem tantum numerum enotaverit, illo veritati sincerae soli serviente et accurate rem exponente.

XIII, 128 Plinius de sDaripha, arundine Nili, habet summarium Theophrasti (IV, 8, 5). Sed mirum quod ita plantam appellat, cum ille nomen *σάρι* (plural. *τὰ σάρια καλούμενα*) praebeat. Ea figura nominis Plinio quin ignota fuerit, non dubium est, quippe qui, si complura nomina noverat, omnia enotare, ac si sciebat, cuius gentis propria essent, addere soleret (cf. XIII, 59. 100. 104. 112. 114. 116. 127. 135, XII, 47, 74, 108, XIII, 120 cett.). Itemque nomen 'malus Persica', quod Theophrastus exhibet, desideratur loco supra tractato (XII, 15).

Proximo loco de regionibus est dissensio.

Plin. n. h. XIII, 111.

Cyrenaica regio loton suae postponit paliuro. Fructicosior haec fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul mandatur iucundus per se ac suavior e vino, quin et vina suco suo commendans. Interior Africa ad Garamantas usque et deserta palmarum magnitudine et suavitate constat, nobilibus maxime circa delubrum Hammonis.

Theophr. h. pl. IV, 3, 1 sqq.

(§ 1) *Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος καὶ ὁ παλίουρος καὶ ἔν τισι μέρεσι τῇ τε Νασαμωνικῇ καὶ παρ' Ἄμμωνι καὶ ἄλλοις ὁ φοῖνιξ· ἐν δὲ τῇ Κυρηναίᾳ κυπάρισσος* . . . (§ 3) *Ὁ δὲ παλίουρος θαμνωδέστερος τοῦ λωτοῦ· φύλλον δὲ παρόμοιον ἔχει τῷ ἐνταῦθα, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. Οὐ γὰρ πλατὺν ἀλλὰ στρογγύλον καὶ ἐρυθρὸν, μέγεθος δὲ ἡλίκον τῆς κέδρου ἢ μικρῷ μεῖζον· πυρῆνα δὲ ἔχει οὐ συν-*

*ἐσθιόμενον καθάπερ ταῖς ῥοαῖς· ἡδὺν δὲ τὸν καρπόν· καὶ ἐάν τις οἶνον ἐπιχέῃ καὶ αὐτὸν ἡδίω γίνεσθαί φασι καὶ τὸν οἶνον ἡδίω ποιεῖν.* (de palmis accuratius § 5 dicitur.)

Quamquam apud Theophrastum Cyrenaïcae mentio fit, non paliurum in ea nasci proditur, sed alias stirpes; illum autem cum loto aeque pulchrum et crebrum. Palmarum regio aliter definitur nec circa delubrum nascentes ante ceteras laudantur.

De amomo et cardamomo apud Theophrastum vix sermo est; tamen ubi nascantur accipimus IX, 7, 2: *τὸ δὲ καρδάμωμον καὶ ἄμωμον οἱ μὲν ἐκ Μηδείας, οἱ δ' ἐξ Ἰνδῶν* ... Haec pugnant cum Plinio, qui utrumque latius describens de amomo (XII, 48 – 49): 'nascitur', inquit, 'et in Armeniae parte, quae vocatur Otene et in Media et in Ponto', de cardamomo (XII, 50): 'metitur eodem modo in Arabia ... hoc et apud Medos nascitur'. Indicum huic scriptori ignotum est et amomum et cardamomum, de quo ille certior factus erat Androsthenis libris Indicis, e quibus neutrum hic legerat.

De ture cognosci potest, quomodo usus et notitia patriae eius in tempora progressa sit. Theophrastus solum noverat Arabicum, Iuba (apud Plinium XII, 51) et id, quod in Carmania et in Aegypto colitur, Strabo, qui paulo ante Plinium floruit sed ab eo non excussus est, similia prodit sed loca aliter describit, atque accuratius (cf. XVI, 4, 14) partem Aegypti, in qua tus nasci dicit; pro Carmania tradit alium locum ad sinum Persicum situm, Cattabaniam. Plinius (l. l.) nititur solo Iuba. Contra Dioscoridi, qui eadem aetate in Asia scripsit, iam notum fuit Indicum (cf. I, 81).

| Plin. n. h. XIII, 117 | Theophr. h. pl. III, 10, 3. |
| --- | --- |
| Gignit enim (Graecia) arborem ostryn, quam et ostryam vocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice et ramis, folio piris paulo tamen | *Ἔστι δὲ καὶ ἡ ὄστρυς μονοειδής, ἣν καλοῦσί τινες ὀστρύαν, ὁμοφυὲς τῇ ὀξύᾳ τῇ τε φυτείᾳ καὶ τῷ φλοιῷ· φύλλα δὲ ἀπιοειδῆ τῷ σχήματι, πλὴν προμηκέστερα* |

longioribus crassioribusque ac rugosis incisuris, quae per tota discurrunt, semine hordeo simili et colore. Materies est dura atque firma, qua in domum inlata difficiles partus fieri produnt mortesque miseras.

*πολλῷ καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα καὶ μείζω, πολύϊνα δὲ, ἀπὸ τῆς μέσης εὐθείας καὶ μεγάλης τῶν ἄλλων πλευροειδῶς κατατεινουσῶν καὶ πάχος ἐχουσῶν· ἔτι δὲ ἐρρυτιδωμένα κατὰ τὰς ἶνας καὶ χαραγμὸν ἔχοντα κύκλῳ λεπτόν· τὸ δὲ ξύλον σκληρὸν καὶ ἄχρουν ἔκλευκον· καρπὸν δὲ μικρὸν πρόμακρον ὅμοιον κριθῇ ξανθόν· ῥίζας δὲ ἔχει μετεώρους· ἔνυδρον δὲ καὶ φαραγγῶδες. Λέγεται δὲ ὡς οὐκ ἐπιτήδειον εἰς οἰκίαν εἰσφέρειν· δυσθανατᾶν γάρ φασι καὶ δυστοκεῖν οὗ ἂν ᾖ.*

Arbor, quacum Theophrastus ostryam comparat, *ὀξύη* (fagus silvatica L.) etsi a Plinio alias (cf. XVI, 18, 229, saepius) fagus semper appellatur, tamen hoc loco pro ea invenimus fraxinum (Theophr. *μηλία* sive *βουμελία*), arborem habitu longe alio. Etsi hanc discrepantiam removere conaris emendando pro 'fraxino' 'fere oxyae', tamen in eo offenditur quod pro illius *προμηκέστερα πολλῷ* hic posuit contrarium 'paulo tamen longioribus'.

Tragacantham noster describit XIII, 115 his: 'Eadem (Creta gignit) et tragacantham spinae albae radice multum praelatam apud Medos aut in Achaia nascenti. Pretium eius in libras X III'. De radice Theophrastus non egit; nonulla habet (IX, 1, 3 et 8, 2), quibus noster caret; sed quod hic de praestantia tragacanthae Cretensis autumat, certe reliquisset, si inspexisset illum IX, 15, 8, ubi contrarium ipsum legitur: *ἐν Ἀχαίᾳ δὲ ἡ τραγάκανθα πολλὴ καὶ οὐδὲν χείρων, ὡς οἴονται, τῆς Κρητικῆς ἀλλὰ καὶ τῇ ὄψει καλλίων.*

Ceterum non praetermitto, quin moneam lectionem 'Achaia' contra codicum, vel optimi codicis rescripti Monei, auctoritatem e Theophrasto esse restitutam.

Et proximus locus idoneus est, quo Theophrastum a nostro scriptore lectum non esse probetur. XII, 126 hic dicit de galbano, resina ferulae, quam stagonitim appellant. Paragrapho proxima tractatur panaces, ipsa quoque ferula sui generis. Theophrastus utrumque nomen coniungit his (IX, 7, 2) *ἡ γὰρ χαλβάνη βαρύτερον καὶ μᾶλλον φαρμακῶδες, ἐπεὶ καὶ αὕτη γίνεται περὶ Συρίαν ἐκ τοῦ πανάκους καλουμένου*, ita igitur, ut galbanum (*χαλβάνη*) e panace fieri prodat, quae apud Plinium stirpes ferulaceae diversi generis habentur. Neque e ceteris Theophrasti de panace locis (IX, 7, 2 et 3; 15, 7; 8, 7; 9, 1; 11, 1—3) res ulla redundavit, nisi quod IX, 15, 7 continetur in Psophide panacen nasci.

Amplius et diffusius disputandum erit de andrachle arbore. Plinius notat XIII, 120 omnes fere Graecos arborem illam nominare andrachnen, confundentes cum olere, hoc nomine a Graecis, apud Romanos porcillaca nominato, cum dicendum sit: andrachle. Sed videamus, quomodo apud Theophrastum, quo hic ante ceteros se usum esse iactat, res se habeat. Mentio arboris andrachles apud illum fit in universum quater decies. Cunctis fere his locis codices manuscripti atque praecipue optimus omnium Urbinas exhibent rectam lectionem *ἀνδράχλη*, nisi quod ab excerptis Parisiensibus ter (I, 9, 3. III, 3, 1. IX, 4, 3) et uno loco (I, 5, 3) ab omnibus codicibus traditur mendosum illud *ἀνδράχνη*. Errores autem hos esse librariorum et a Theophrasto recte scriptum esse *ἀνδράχλη*, ergo in eum non cadere castigationem Plini pro certo habeo. Ceterum eorum, quae Plinius de arbore andrachle profert, nonnulla et in Theophrasto inveniuntur: folia similia esse et paulo minora unedonis (III, 16, 5)[1]), folia non demitti (III, 3, 3) — idem I, 9, 3 accuratius exponitur, apud Plinium XVI, 80 — arborem esse montanam nec in planis nasci (III, 3, 1), qualis sit cortex (I, 5, 3. IV, 15, 2) — de ea re accuratior locus IV, 5, 1 consentit cum Plinio XVII, 234 — sin autem hic affirmat circumgelatum videri corticem,

1) Mayhoff post 'unedoni' posuit comma, quod delendum esse, ut coniungantur 'similis unedoni folio' qu. squ. efficitur Theophrasti loco hoc: *παρόμοιον δὲ φύλλον καὶ ἡ ἀνδράχλη ἔχει τῷ κομάρῳ, μεγέθει οὐκ ἄγαν μέγα.*

vix pendet ex illo. Quod Theophrastus ait biferam esse andrachlen (III, 4, 4) in Plini paragrapho proxima est, pariterque id quod fertur per describendam apharcen de tempore maturescendi (III, 4, 4). Nihil autem addit noster quo tempore germinet (Theophr. III, 4, 2) aut serotinam esse (III, 4, 6) et facilem auctu (III, 6, 1) aut a mulieribus converti in usum telae (V, 7, 6). Accedunt Theophrasti loci IV, 7, 5 et IX, 4, 3, quibus universis ille recta nominis figura utitur. Quae cum ita sint, gravissimo ex auctoribus Graecis rectum exhibente — nec credibile est textum Theophrasteum illa aetate magis depravatum fuisse quam nunc — Plinio non erat asseverandum omnes vere Graecos falso interpretari id nomen. Quoniam vero istud tamen praetendit, planum est Theophrasti locos, qui hanc rem attingunt, eum non legisse.

Restat, ut dicamus de capite, quo agitur de arboribus et fruticibus in mari nascentibus (XIII, 135—141). Respondent his Theophrasti IV, 6 et 7, 1—4. Quae si contemplaberis, satis demiraberis; paragraphi 140 et 141 cum illo (IV, 7, 3—4) et sententiis et circuitu optime congruunt, paragraphi 135—136 et 137 nec non 139 summarium admodum tenue illius (IV, 6, 1—6 et 7, 1—2) putari possunt, cum nulla re abhorreant; eiusdem de palma marina explicatio intercidit; sed Plini paragraphi, quae supersunt, 137—138 collatae cum illo nonnullis obruuntur offensis. Agit ille de quercu et abiete marina, quae prope terram in lapidibus et testis nascuntur; addit et alius quercus in alto mari nascentis apud nonnullos mentionem fieri: quas quercus longe diversas in unam hic confudit, quamquam ille clare eas discreverat his: *ἡ δὲ δρῦς καὶ ἡ ἐλάτη παράγειοι μὲν ἄμφω, φύονται δ' ἐπὶ λίθοις καὶ ὀστράκοις ... ταῦτα μὲν οὖν πρόσγεια καὶ ῥᾴδια θεωρηθῆναι. φασὶ δέ τινες καὶ ἄλλην δρῦν εἶναι ποντίαν ...*

Ioannes Mueller in emendationibus Plinianis (p. 378) frustra operam dedit, ut removeret offensionem coniciendo ex lectione codicis Monei 'in altum': 'iam hoc interius nascens palmi, tum vero abies et quercus cubitali altitudine'. Sed quid sibi vult 'tum vero'? Quibus ut revocentur 'abies et quercus' ad 'interius nascens' fieri posse mihi quidem non videtur; et cur tandem, res si ita accipitur,

vehemens illa oppositio: 'vero'? Quam vocem spectare ad discrimen inter 'interius' et 'in alto' Muellerum effugit. Denique id genus confusiones diversorum generum a nostro non esse alienas iam supra demonstratum est.

Tum Plinius alias id genus magnitudine insignes visas esse circa Sicyonem in comperto habet Theophrasto ignotas. Denique narrat extra Herculis columnas gigni et fruticem porri fronde 'et alium lauri ac thymi', quamquam in Theophrasto legitur: *τό τε πράσον ... θῦμα καὶ τὰ δαφνοειδῆ καὶ τὰ ἄλλα.* Nec sentit noster hunc porri fronde fruticem esse 'prason' aeque atque ea, quae supra commemoravit, genera, quorum in numero ab illo olim et hoc genus tractatum fuisse apparet, nunc vero lacuna patet. Plinium totum hoc Theophrasti caput non inspexisse luce clarius est. Unde autem fluxerit locus, coniectura assequi possumus ex paragrapho 142, qua materies de arboribus marinis absolvitur auctorque laudatur Iuba. Neque enim ineptum videtur neque quidquam impedit, quominus de hoc loco idem statuamus, quod iam supra de XII, 33—34 et 39—40.

Hi priores quotquot produximus loci Pliniani cum Theophrasto omnes aliquo modo congruebant; quos vero adiuncturi sumus de mastiche et de ferula perpaucas res habent communes.

Plin. n. h. XII, 72.

Ergo transit in mastichen, quae et ex alia spina fit in India itemque in Arabia, lainam vocant. Sed mastiche quoque gemina est, quoniam et in Asia Graeciaque reperitur herba a radice folia emittens et carduum similem malo, seminis plenum ac lacrimae, quae erumpit incisa parte summa, vix ut dinosci possit a mastiche vera. Nec non tertia in Ponto est, bitumini similior, laudatissima autem Chia can-

Theophr. h. pl. VI, 4, 9.

*Ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ, ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν. Ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμμένον ὑπὸ τῶν φύλλων· οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὔστομον, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη.*

dida, cuius pretium in libras X x, nigro vero X II. Chia et lentisco traditur gigni cummium modo. Adulteratur ut tura resina.

Theophr. h. pl. IX, 1, 2.
Συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σχίνου καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης τῆς ἰξίνης καλουμένης, ἐξ ὧν ἡ μαστίχη.

Contendere supersedemus haec Plini non hausta esse e Theophrasti locis excussis; quo autem modo illius verba latine vertenda sint, mox spectabitur. Res enim retractatur a nostro XXI, 96, ubi ita scribit: 'Helxine rara visu est neque in omnibus terris, e radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat contectum sua fronde; huius vertex summus lacrimam continet, iucundi saporis acanthicen mastichen appellatam'. Hinc colligitur primum quidem Plinium effugisse eandem rem a se bis proferri, tum e diversis fontibus pendere hos locos inter se diversos atque neutrum e Theophrasto, siquidem ne posteriorem quidem illi, quamvis ad verbum fere consonent, deberi colligitur diversa figura nominis. Theophrastus bis teste codicum consensu stirpem appellat ἰξίνη, Plinius omnibus locis (decies) scripsit 'helxine', quae figura nominis confirmatur his verbis (XXII, 41): 'semina in capitibus lappaceis adhaerescentia vestibus, unde et helxinen dictam volunt'.

Plin. n. h. XIII, 122—123.
Et ferulam inter externas dixisse conveniat arborumque generi adscripsisse, quoniam quarundam naturae, sicuti distinguemus, lignum omne corticis loco habent forinsecus, ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci, quaedam vero inanitatem ut harundines. Ferula calidis nascitur locis atque trans maria, geniculatis nodatis scapis. Duo eius genera: nartheca Graeci vocant adsurgentem in

Theophr. VI, 2, 7—8.
τὸ δὲ ναρθηκῶδες, καὶ γὰρ τοῦτο τῶν φρυγανικῶν, πολλὰς περιείληφεν ἰδέας· ἐν οἷς πρῶτον ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πᾶσι λεκτέον, ὑπὲρ νάρθηκός τε καὶ ναρθηκίας, εἴτε τὸ αὐτὸ γένος ἐστὶν ἀμφοῖν διαφέρον δὲ κατὰ μέγεθος, εἴτε καὶ ἕτερον ὥσπερ τινές φασιν. Ἡ δ' οὖν φανερὰ φύσις ἀμφοῖν ὁμοία πλὴν κατὰ τὸ μέγεθος· ὁ μὲν γὰρ νάρθηξ γίνεται μέγας σφόδρα, ἡ δὲ ναρθηκία μικρά. Μονόκαυλα δ'

altitudinem, narthecıam vero semper humilem. A genibus exeunt folia, maxima ut quaeque terrae proxima. Cetera natura eadem quae anetho et fructu simili. Nulli fruticum levitas maior; ob id gestatu facilis baculorum usum senectuti praebet.

ἄμφω καὶ γονατώδη, ἀφ' ὧν τά τε φύλλα βλαστάνει καὶ καυλοί τινες μικροί· ... (sequuntur ampliora de foliis, quae non apud Plinium) ... Ἔχει δὲ μέγιστα τὰ κάτω πρὸς τὴν γῆν καὶ ἀεὶ κατὰ λόγον· (quaecunque sequuntur non pauca de flore, fructu, cett., eorum nihil apud Plinium legitur).

Duabus rebus inter se scriptores repugnant. Ille totum genus ferulaceum inter suffrutices ducit (itemque VI, 1, 2 et 4), hic vero pluribus exponit arboribus ferulam esse ascribendam. Utrum narthex et narthecia idem genus sint, an duo diversa, ille dubitat sed vergit ad prius, hic vero: 'duo', inquit, 'eius genera'.

Ex tota de ferula disputatione perpauca sunt, quae apud utrumque; de summa rei alteram viam alter sequitur, eademque ratio est ceteris locis, quibus sermo est de ferulaceis; ex toto numero capitum, Theophrasti 8, Plini 13, scriptores nostri singulis locis conveniunt de eadem re disserentes.

Iam adiungentur cetera capita, quibus in diversas partes abeunt scriptores nostri.

XIII, 124—126 de thapsia hic multa explicat, quorum perpauca in illo sunt, quamquam is et ipse rem non leviter praeteriit (cf. IX, 9, 6. 20, 3. 8, 3 et 5. 9, 1 et 5. fragm. 170).

XIII, 114 Cneorus describitur paucis, quae non pertinent ad Theophrastum, a quo ne nomina quidem cetera huius fruticis referuntur.

Neque quidquam commune Plinio est cum Theophrasto his locis:

XIII, 52—53 de cedro: Theophr. III, 12, 3—4.

XII, 26—29 de pipere et zimpipere: Theophr. IX, 20, 1 et fragm. 166.

XIII, 127 de cappari: Theophr. VI, 2, 5. 1, 3. VII, 8, 1. 10, 1. I, 3, 6. III, 2, 1. C. pl. I, 16, 9. III, 1, 4.

XIII, 112—113 de malo punico sive granato, quod a Theophrasto saepius quidem commemoratur sed depictum non est.

Paucos locos compositos esse e compluribus auctoribus iam supra vidimus. Sed minus vere Plinium interdum speciem prae se ferre complures auctores in unum colligendi exemplis supra probatis (cf. quae exposita sunt de XII, 33—34. XII, 38. XIII, 135 sqq.) iam plausibile videtur. Tamen complura capita exstant, quibus veterum et novissimorum temporum res memorabiles produntur, quae quin a nostro ipso collecta sint, extra dubitationem est. Iam enarravimus caput de platano (XII, 6—13); accedunt de ebeno (XII, 17—20; inest Theophr. IV, 4, 6) et de citro (XIII, 100—102: Theophr. V, 3, 7), de quibus nil addendum videtur, nisi quod loco superiore Theophrastum ex Plinio emendare possumus. Verba enim fiunt de duobus ebeni generibus et postquam uterque de altero genere disputavit, Plinius ita pergit: ‚alterum fruticosum cytisi modo...', quod si ille pergit *ἔστι δὲ τὸ δένδρον θαμνῶδες, ὥσπερ ὁ κύτισος*, vocem *ἕτερον* ante *δένδρον* ex simili sonitu intercidisse nemo non videt; aliter haec spectarent ad genus ebeni antea tractatum.

Notabile vero caput de loto (XIII, 104—106), quod spectat ad Theophr. IV, 3, 1—2 et 4. Verba utriusque concinunt, sed ita, ut ab utroque plura exponantur, quae alterum deficiant. Adde, quod hic duas res singulares Cornelio Nepoti se debere ait. Quam ob rem magnopere miraberis, si superiorem earum et ipsam in Theophrasto reperies. Sunt verba nostri scriptoris haec: ‚Magnitudo, quae piro, quamquam Nepos Cornelius brevem tradit', quae ille ita exprimit: (§ 1) *ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ τὸ μὲν ὅλον δένδρον ἴδιον, εὐμέγεθες ἡλίκον ἄπιος ἢ μικρὸν ἔλαττον* et postea (§ 4) addit: *ἔνιοι δὲ τοῦ λωτοῦ δένδρον θαμνῶδες εἶναι* . . . Hinc efficitur Theophrastum Plinio usui non fuisse, quam ob rem hic etiam nescit lotum in insulis Lotophagorum natum alium esse atque alibi, nec monet Theophrastum et Nepotem diversa tradere de tempore, quod vinum e loli bacis duret.

Reliquum est, ut attingamus nonnulla capita Plini longiora, quae, quamquam multa in iis cum Theophrasto conveniunt, tamen adeo sunt extensiora, ut fontes illo recentiores nostrum in his usurpasse primo visu cognoscatur. Ea autem, ut antea fecimus, totos excutere et perscrutari longum est nec operae pretium, cum

de ratione, quae inter scriptores nostros intercedit, nihil novi in iis deprehendatur.

De balsamo (XII, 111—123) novissimis Plini temporibus multo accuratiora praesto erant, quam omnibus prioribus, quoniam et multos Romanos ex Iudaea redeuntes tum temporis de iis narrasse verisimile est et arbores ipsas Vespasiani triumpho ostentas esse ipse hic dicit. Tamen iactantius quam verius praedicat balsamum in totum alia natura esse, quam Romani externique ad id temporis rettulerint, quandoquidem a Theophrasto complura iam pariter exposita videmus atque ab ipso.

De palmis (XIII, 26—50) iam supra dictum est Plinium simul multa quidem cum Theophrasto habere communia, sed ordine rerum ab illo magnopere abhorrere. Ut cetera omittam, adde, quod duo genera, quae in Cypro nascuntur (Theophr. II, 6, 7 et 8) quamvis diversa, in unum confudit.

Et de ture et murra (XII, 51—71) nonnulla profert, quae cum Theophrasto (IX, 4) non consentiunt; quo de capite in altera huius dissertationis parte potestas feretur agendi.

Restat, ut addam de papyro (XIII, 68—89) quae ipsam herbam attineant describendam plerumque convenire cum Theophrasto (IV, 8, 3—4).

De cinnamomo et casia (XIII, 85—98) auctorem sequitur recentiorem et pleniorem; partem quandam materiae iam Theophrastus exhibet; differentiae non reperiuntur.

Horum igitur capitum partes, quae Plinio et Theophrasto communes sunt, eandem rationem variam ostendunt atque omnes priores. Praeterea monendum est eam originem, quam haec cepere ex auctore quodam, qui multa iam Theophrasto cognita praebuit, sed multa nescivit sive neglexit sive voluntate repudiavit, multa aliter explicavit pluraque addidit illi ignota, eandem originem etiam omnibus locis antea exhibitis tribuere nulla re nos prohiberi. Theophrastum vero nusquam exscriptum esse ex omnibus, quae disputata sunt, luce clarius videtur. Quae, cum iam ad finem huius disputationis pervenerimus, paucis complecti in animo est.

Theophrasti sententiae apud Plinium apparent ita variatae, contusae fusaeque, tum breviatae et contractae, tum auctae et amplificatae, ut illum in hoc recognoscere plerumque frustra conemur. Nec vero in eligenda materia alteram viam alter ingressus non est. Permulta amplissime exposita ab illo requiruntür apud hunc, qui ex contrario permultis aliis rebus illo est copiosior. Id si respicitur, circumspectissima profecto cum cura Plinius opus adiisse dicendus esset. At laborem tam immensum Plinium ipsum in se suscepisse mente concipi non potest. (Ceterum cf. Birtium l. l. p. 136). Quae vetatur opinio primum quidem festinatione et levitate, quae et in libris XII et XIII a nobis reperta est et omnium consensu Plinio exprobratur. Ergo ab hoc Theophrastum cum aliis contaminatum non esse pro certo habemus. Sed etsi id poni posset, de tanta industria et opera scriptor hic gloriatus esset non paucis verbis; proprii enim meriti tacendi modestia consuetudini huius scriptoris non responderet, ut quem locis innumerabilibus id maximo opere eniti appareat, ut nonnullorum sententias discrepantium vel de rebus maxime exiguis cunctas explicet. Differentias autem auctorum tum expositas esse vel minimas tum silentio praetermissas vel maximas quis sibi persuadebit? Mihi quidem hac rerum condicione effici videtur Plinium ne divinasse quidem suam cum illo rationem veram. Accedit quod, nisi qui summa rerum cognitione iudicioque de hac materia acuto strenuoque praeditus fuit, isti labori par non erat. Constat autem Plini scientiam phytologicam non fuisse magnam. Cf. E. H. F. Meyerum in historiae rei phytologicae eo capite, quo accurate dicit de Plinio, et quae Fée (Commentaires sur la botanique et la matière medicale de Pline in versione Plini Aiassonis de Grandsagne, Parisiis 1829—33) et Curtius Sprengel (Geschichte der Botanik, 1817, I, p. 162 sqq.) summa cum despectione huius scriptoris iudicaverunt. Quibus autem Brosig („Die Botanik des älteren Plinius", Progr. Gymnasii Graudent. 1883) hunc excusare studet, iis quidquam momenti attribuendum non est. Cuius iudicium nititur argumentis minus specialibus neque in rem penetrat. Quid enim de Plini indole, fontibus, in excerpendo iudicio et ingenii acie a viris doctis huius temporis iudicetur, nescit

neque, ut ipse eruat, quae huius ipsius doctrinae vel investigationi debeantur, operam dedit. Ceterum nonnulla, quae nos produximus, menda minus sunt viri rei phytologicae periti. Plerasque, quae his libris continentur, arbores hunc nunquam oculis vidisse apertum est. Accuratius in hanc rem inquirere sane iuvabit; sed longior ea quidem disquisitio et quae sine acriore scientia phytologica ac praecipue arborum illarum cognitione ea, quam vocamus *αὐτοψίαν*, absolvi nequeat. Itaque haec attulisse satis habeo, quae quadrant in meam de ratione inter Plinium et Theophrastum sententiam totam, qua existimo ab hoc alienissimum fuisse illum.

Nec vero locis iis, quibus Theophrastus ab ipso auctor laudatur — nam et de his nunc postremo dicendum erit — efficitur contrarium; quibus fidem non habendam esse facile intellegetur. Iam saepius dictum est Plinium eos scriptores, quorum nomina per dictionem laudat, non semper ipsum excussisse, sed interdum eorum sententias ab aliis enotatas repperisse atque in opus suum inseruisse ita, ut ipse excerpsisse videretur. Aristotelem, quem saepissime ore volvit cuique tantos honores tribuit, ab eo non adhibitum esse probarunt Birt (l. l. p. 132 sqq.) et Aly (I, p. 58 sqq.; II, p. 13 sqq.). Hic et alia exempla profert (cf. II, p. 11).

Hinc iam elucet nominibus auctorum a Plinio latis fidem non esse habendam idque non minus cadit in Theophrastum quam in ceteros. Sed nonnulla exempla, quibus haec sententia melius confirmetur, producam. Laudatur Theophrastus apud Plinium quadragies septies; ex quibus locis pertinet unus ad chorographiam, decem ad metalla, tres ad historiam artium, novem ad animalium historiam, decem ad medicinam, quatuordecim ad phytologiam. Qui ultimi non a Plinio ipso excussi sunt, si quidem Theophrasti historiam plantarum eum non legisse iam persuasum habemus. Libri de causis plantarum ad nostros n. h. libros nihil spectant. Quod attinet cetera Theophrasti de plantis scripta minora, de iis certo statui nequit, quoniam ad unum omnia sunt deperdita. Itaque unum vel plura ex iis, e. g. de sucis (*περὶ χυμῶν α΄*) et de pomis (*περὶ καρπῶν*) a nostro lecta esse non prorsus negatur; quanquam librum de odoribus neglexit, quo de argumento non

dubito, quin novissimos auctores praetulerit. Nec non ingenti fere numero voluminum Theophrasteorum haud scio, an unum vel alterum hic cognoverit. Librum, qui inscriptus erat *ἐρωτικός*, ab eo usurpatum esse Sillig conclusit ex IX, 28.

Sed haec mittamus, quippe quae minus ad rem nobis propositam pertineant. De animalibus hic Aristotelem non ipsum adhibuit sed ex Trogo vel alio auctore accepit; unde ne Theophrasti quidem de animalibus libros eum legisse verisimile est.

Suspectus est locus de mensuris Circeiorum insulae (III, 57), ex quo videmus, quam incertus noster sit de Theophrasti libris phytologicis ita dicens: ‚Theophrastus . . . in eo volumine, quod scripsit Nicodoro, Atheniensium magistratu . . .'. Inveniuntur haec in h. pl. IV, 8, 3; sed quod additum est de anno, quo historias plantarum scriptas esse putat, id spectat ad libros de causis plantarum (cf. ibi I, 19, 4.). Iam Sillig monet (I, 231) nostrum historiam et causas plantarum pro uno opere habuisse et Birt (cf. ‚Das antike Buchwesen' p. 457) ex his locis collatis collegit Theophrasti libros de historia et de causis plantarum uno volumine contentos fuisse atque hos illos antecessisse. Utique, ut diximus, Plinius de libris Theophrasti phytologicis satis erat incertus et, ut equidem sciam, tituli ‚de causis plantarum' (*περὶ φυτῶν αἰτιῶν*) nullo loco facit mentionem.

Suspicionem habet XXXI, 83, ubi ea, quae Theophrasto tribuuntur, consentiunt cum Aristotele (Meteorol. II, 3, 42 ed. Bekker I, 359 A), quoniam accipi nequit a Theophrasto Aristotelem magistrum exscriptum esse.

Nec suspicionem effugiunt capita, quibus Theophrasti nomen simul cum Aristotelis fertur, quia aeque atque hunc et illum iam ab alio quodam scriptore et per eum a Plinio acceptum esse non praeter exspectationem evenit. Id autem accidit VII, 195. 197. 205; XXVIII, 21, 54. Sed nonnulli id genus loci inveniuntur, quibus vel vehementissime offendimus de sententiis. Nam eaedem offensiones diversae, quae iam in capitibus supra tractatis inter utrumque auctorem nobis occurrerunt, inveniuntur vel iis locis, quibus ille ab hoc praedicatur auctor.

Plura hic illo habet XXI, 108 de asphodelo:

Theophr VII, 13, 1.

Ceterae eiusdem generis folio differunt; asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini.

(§ 1) κατὰ δὲ τὰ φύλλα τοῖς τε μεγέθεσιν καὶ τοῖς σχήμασιν. Ὁ μὲν ἀσφόδελος μακρὸν καὶ στενότερον καὶ ὑπόγλισχρον ἔχει τὸ φύλλον, ἡ δὲ σκίλλα πλατὺ καὶ εὐδιαίτερον, τὸ δὲ φάσγανον ὑπό τινων δὲ καλούμενον ξίφος ξιφοειδὲς, ὅθεν ἔσχε καὶ τοὔνομα, ἡ δὲ ἶρις καλαμωδέστερον. Τὸ δὲ τοῦ ἄρου πρὸς τῇ πλατύτητι καὶ ἔγκοιλον καὶ σικνῶδές ἐστιν· ὁ δὲ νάρκισσος στενὸν καὶ πολὺ καὶ λιπαρόν· βόλβος δὲ καὶ τὰ βολβώδη παντελῶς στενὰ καὶ τοῦ κρόκου δ' ἔτι στενότερον . . .

Asphodelus manditur et semine tosto et bulbo, sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito praeterea tunso cum ficis — praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo [1]).

(§ 3) . . . πολλὰ δὲ εἰς τροφὴν παρέχεται χρήσιμα· καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος σταθευόμενος καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον καὶ πάντων δὲ μάλιστα ἡ, ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκου, καὶ πλείστην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον [1]).

Tradunt et ante portas villarum satum remedio contra veneficiorum noxiam.

Asphodeli mentionem et Homerus fecit [2]).

1) Cf. Hesiod. ἔργ. κ. ἡμ. 40—41.

2) Cf. Odyss. λ 538, ω 13.

Radix eius napis modicis similis est neque alia numerosior LXXX simul aceratis saepe bulbis. Theophrastus et fere Graeci princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem et saepe duum cubitorum foliis porri silvestris, anthericum vocavere, radicem vero, id est bulbos, asphodelum.

Ex illis in Theophrasto nihil nisi haec (§ 2) ... *μέγιστον δὲ πάντων ἀσφόδελος· ὁ γὰρ ἀνθέρικος μέγιστος.*

Plinius speciem prae se fert quasi multos Graecos auctores excusserit. At et Hesiodus iam a Theophrasto laudatus est et ne eum quidem a nostro inspectum esse nemo non videt, cum ea, quae Theophrasto attribuuntur, in illo non legantur neque hoc neque alio loco. Contra noster permulta neglexit et hic et alibi ab illo exposita. Planum est cuncta haec eum iam repperisse coniuncta apud auctorem aliquem atque aut iam ab isto minus recte excussa vel ultro commutata aliterque explicata aut ipsum res ab illo prolatas perverse interpretatum confudisse et depravasse. Hic ergo locus auctorem medium desiderat.

Iis, quae XIX, 162 de hipposelino ex Theophrasto feruntur, testatur verba illius a Plinio reapse non esse inspecta. Non enim, ut hic vult, Theophrastus auctor est hipposelinum murra sata nasci, sed ille ita dicit (IX, 1, 4): *Τὸ μὲν οὖν ἱπποσελίνου παρόμοιον τῇ σμύρνῃ. Καί τινες ἀκούσαντες, ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνα, ἡγοῦνται βλαστάνειν ἐξ αὐτῆς ἱπποσέλινον.*

Is quoque locus, cui complurium enarrata insunt — cf. ‚hipposelinum Graeci vocant, alii zmyrnium' — internuntio debetur.

Miro quodam modo hic ab Theophrasto dissentit VIII, 128, nec dispicitur, quomodo discrepantia orta sit[1]); sunt verba utriusque haec:

1) Hanc discrepantiam Aly (l. l.), ut fere, non curat. Qua re non miror, quod eius quaestiones a veritate aliquantum aberrant, gravissima re prorsus neglecta.

Plin. n. h. VIII, 128.
Mirum dictu credit Theophrastus per id tempus coctas quoque ursorum carnes, sin adserventur, increscere.

Theophr. de od. 63.
Θαυμασιώτατον δὲ τῶν τοιούτων τὸ ἐπὶ τοῦ στέατος τῆς ἄρκτου συμβαῖνον, εἴπερ ἅμα ταῖς φωλίαις ἐπαίρεται καὶ ἐκπληροῖ τὰ ἀγγεῖα.

Sequitur

Plin. n. h. XV, 138.
Eadem (laurus) purificationibus adhibetur testatumque sit obiter et ramo eam seri, quoniam dubitavere Democritus et Theophrastus.

Theophr. II, 1, 3.
ἀπὸ δὲ παρασπάδος καὶ τὴν δάφνην φασὶν (γίνεσθαι), ἐάν τις τὰ ἔρνη παρελὼν φυτεύσῃ· δεῖ δὲ ὑπόρριζον εἶναι μάλιστά γε τὸ παρασπώμενον ἢ ὑπόπρεμνον.

Contrarium utroque loco exstat. Sed quamquam his Theophrasti verbis error motus esse nequit, facile cernitur, qua via ortus sit. Scripserat enim auctor inter hosce medius rem alio consilio digerens: ‚Ex subole (surculis, ramis) laurum non germinare Theophrastus auctor est, nisi id quod avellitur radicis aut stipitis aliquid subiectum habeat'. Prius noster excerpsit, alterum neglexit.

Eadem ratio intercedit inter hos scriptores de hedera ubi nascatur.

Plin. XVI, 144.
Hedera iam dicitur in Asia nasci; negaverat Theophrastus, nec in India, nisi in monte Mero, quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis, frustra; Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India redisse exemplo Liberi patris.

Theophr. IV, 4, 1.
Ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ παρ' ἑκάστοις ἴδι' ἄττα τυγχάνει· τὰ μὲν γὰρ φέρουσιν αἱ χῶραι, τὰ δ' οὐ φύουσιν. Οἷον κιττὸν καὶ ἐλάαν οὔ φασιν εἶναι τῆς Ἀσίας ἐν τοῖς ἄνω τῆς Συρίας ἀπὸ θαλάττης πένθ' ἡμερῶν· ἀλλ' ἐν Ἰνδοῖς φανῆναι κιττὸν ἐν τῷ ὄρει τῷ Μηρῷ καλουμένῳ, ὅθεν δὴ καὶ τὸν Διόνυσον εἶναι μυθολογοῦσιν. Δι' ὃ καὶ Ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας

λέγεται ἀπιὼν ἐστεφανωμένος κιττῷ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά. Τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον· περικλείειν γὰρ αὕτη δοκεῖ καὶ συνάπτειν τῷ πόντῳ. Καίτοι γε διεφιλοτιμήθη Ἅρπαλος ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα φυτεύων πολλάκις καὶ πραγματευόμενος, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐποίει πλέον.

Et haec dissensio ita concipi potest, ut ea quae post verba τῆς Ἀσίας sequuntur, interiisse ponatur. Sed et duabus rebus aliis loci in discrimen vocantur. Accedit verbum illud ipsum: negaverat Theophrastus; forma enim plusquamperfecti medius quidam auctor vel internuntius prodi videri potest.

Non ita facilis intellectu est discrepantia de pumice.

Plin. n. h. XXXVI, 156.

Theophrastus auctor est potores in certamine bibendi praesumere farinam eam, sed nisi universo potu impleantur periclitari, tantamque refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant pumice addito.

Theophr. h. pl. IX, 17, 3.

Ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος πίνων ἐλλέβορον οὐκ ἐκαθαίρετο. Καί ποτε ἔφη πιεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος ἐπὶ τῶν σκευῶν καὶ οὐκ ἐξαναστῆναι πρὸ τοῦ δείλην γενέσθαι· τότε δ᾽ ἐλθὼν καὶ λούσασθαι καὶ δειπνεῖν ὥσπερ εἰώθει καὶ οὐκ ἐξεμέσαι· πλὴν οὗτός γε βοήθειάν τινα παρασκευασάμενος κατέσχε· κισσηριν γὰρ ἐπιπάττων ἐπ᾽ ὄξος δριμὺ πιεῖν ἔφη μετὰ τὴν ἑβδόμην πόσιν καὶ πάλιν ὕστερον ἐν οἴνῳ τὸν αὐτὸν τρόπον· τὴν

δὲ τῆς κισσηρίδος οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι δύναμιν, ὥστ' ἐάν τις εἰς πίθον ζέοντα (οἴνου) ἐμβάλῃ παύειν τὴν ζέσιν οὐ παραχρῆμα μόνον ἀλλὰ καὶ ὅλως καταξηραίνουσάν τε δῆλον ὅτι καὶ ἀναδεχομένην τὸ πνεῦμα καὶ τοῦτο διϊεῖσαν. Οὗτος μὲν οὖν τό γε πλῆθος ταύτῃ τῇ βοηθείᾳ κατέσχεν.

Pluribus Plinius aberravit a Theophrasto. Primum apud illum non sermo est de certamine bibendi universo, sed narratur ab homine quodam aliquando magnam vim hellebori consumptam esse; tum is pumicem, non antequam biberet, sumpsit, sed post septimum potum saepiusque. Et deficiunt nostrum accuratiora de hac re. Denique in Theophrasto requiruntur verba huius: ‚sed nisi universo potu impleantur, periclitari'.

Haec sufficiant exempla, quibus probetur ne eos quidem locos, quibus laudatur nomen Theophrasti, ab ipso Plinio esse inspectos, sed per medium quendam auctorem apertos, ex quo auctore saepius sermonem contrahente vel corrigente vel dubito an minus diligenter, quae Theophrastus sensisset, exponente, quin noster sententias illius integras hauriret, fieri vix potuit. Hinc iam non ignorabis, quid iudicandum de his Plini verbis (XIX, 32): ‚Theophrastus auctor est . . . Sed neque . . . neque . . . in exemplaribus, quae equidem invenerim, tradit . . .'. Nonne idem, quod de VIII, 44, ubi de Aristotele similia hic profitetur?

Ceterum totus ille locus, quo de sparto sermo est, a § 26 inde ad 33 speciem praebet bonam et eam, quasi ex uno auctore haustus sit. Kuelb monet spartum a Theophrasto commemorari sed nominari λινόσπαρτον (cf. I, 5, 2). Sed cum nil additum sit neque ullo loco alio quidquam de illo exstet, res videtur nimis dubia.

Quae igitur ratio inter Plinium et Theophrastum intercedat, adumbratur: Auctorem, qualis erat ille, sibi non esse relin-

quendum hic satis intellexit. Sed sciebat id quoque, illum CCCXC annis ante se scripsisse iis temporibus, cum Alexander Magnus expeditione sua orientem primum patefecisset. Sciebat praeterea, etsi permulta et varia de situ, incolis, bestiis, plantis regionum illarum, tamen etiam multa fabulosa incredibiliaque relata esse a comitibus Alexandri et per haec quattuor saecula non modo totam artem phytologicam, sed ante cetera cognitionem stirpium orientalium magno opere esse amplificatam et correctam, praesertim ex quo et Romani illas terras adissent. Consuetudo erat veterum, quos intellegentia possessionis ex ingenio tractae defecit, ut posterior quisque scriptores de eadem re priores usurparet et ad libidinem expilaret atque potissimum auctores aetate proximos. Qua de causa Plinio licuit esse contento, si Theophrastum ex libris posteriorum sibi comparabat, a quibus illum magna cum industria excerptum esse videbat nomine illius uberrime ab iis laudato. Quae cum ita essent, Theophrasto excerpendo supersedere sibi visus, tamen, qua in phytologia ille erat gravitate et auctoritate, eius nomen in auctorum indicibus usque principe loco posuit (qua de re cf. Brunnium l. l., Alyum l. l., p. 7.) et inter sermonem, quotiescumque potestas dabatur, laudavit.

Quandoquidem vero Theophrasti historia plantarum de arboribus peregrinis a Plinio non excussa est, quaeritur, quibusnam auctoribus hic usus sit. Qua de re alio loco mox disputabo.

# VITA.

Natus sum Ioannes Georgius Carolus Sprengel, Cassellis Kal. Nov. a. h. s. LXIII, patre Hermanno, matre Maria e gente Dreydorff, quibus adhuc viventibus valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Ab aetatis anno octavo usque ad septimum decimum discipulus adfui gymnasio patriae meae, quod tum vocabatur Lyceum Friedericianum. A. h. s. LXXXI vere testimonium maturitatis assecutus Marpurgum Cattorum me contuli, ubi in philologiae studium incubui, inde post biennium Monachiam transmigravi et sex mensibus post Lipsiam; anno ibi peracto denuo adii academiam Marpurgensem. Frequentavi lectiones, quas habebant viri doctissimi *Birt*, *Bormann*, *Brieger*, *Caesar* †, *de Christ*, *Cohen*, *Curtius* †, *de Giesebrecht* †, *Hirzel*, *Koch*, *Lucae* †, *Natorp*, *Overbeck*, *Ribbeck*, *Schmidt*, *Stosch*, *Varrentrapp*, *Westerkamp*, *Wölfflin*, *Wundt*, *Zarncke*, et seminariis interfui, quae florebant rectoribus *Birtio*, *Bormanno*, *Caesare* †, *de Christ*, *Coheno*, *Hirzelio*, *Lucae* †, *Overbeckio*, *Ribbeckio*, *Schmidtio*, *Wölfflino*. Omnibus, qui me docuerunt, gratias ago quam maximas, praecipue autem Theodoro Birt, cuius summam erga me bonitatem semper grato animo retinebo. Vere a. h. s. LXXXVII postquam examen pro facultate docendi legitimum primo cum gradu superavi, in patriam meam reversus peracto anno tirocinii paedagogici, per quod tempus sodalis fui ordinarius seminarii paedagogici regii etiamnum florentis sub auspiciis viri doctissimi Lahmeyeri, ex illo tempore adhuc Cassellis pueros docui.

Plura hic illo habet XXI, 108 de asphodelo:

Theophr VII, 13, 1.

Ceterae eiusdem generis folio differunt; asphodelus oblongum et angustum habet, scilla latum et tractabile, gladiolus simile nomini.

(§ 1) *κατὰ δὲ τὰ φύλλα τοῖς τε μεγέθεσιν καὶ τοῖς σχήμασιν. Ὁ μὲν ἀσφόδελος μακρὸν καὶ στενότερον καὶ ὑπόγλισχρον ἔχει τὸ φύλλον, ἡ δὲ σκίλλα πλατὺ καὶ εὐδιαίτερον, τὸ δὲ φάσγανον ὑπό τινων δὲ καλούμενον ξίφος ξιφοειδὲς, ὅθεν ἔσχε καὶ τοὔνομα, ἡ δὲ ἶρις καλαμωδέστερον. Τὸ δὲ τοῦ ἄρου πρὸς τῇ πλατύτητι καὶ ἔγκοιλον καὶ σικυῶδές ἐστιν· ὁ δὲ νάρκισσος στενὸν καὶ πολὺ καὶ λιπαρόν· βόλβος δὲ καὶ τὰ βολβώδη παντελῶς στενὰ καὶ τοῦ κρόκου δ' ἔτι στενότερον . . .*

Asphodelus manditur et semine tosto et bulbo, sed hoc in cinere tosto, dein sale et oleo addito praeterea tunso cum ficis — praecipua voluptate, ut videtur Hesiodo [1]).

(§ 3) . . . *πολλὰ δὲ εἰς τροφὴν παρέχεται χρήσιμα· καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος σταθευόμενος καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον καὶ πάντων δὲ μάλιστα ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκου, καὶ πλείστην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον* [1]).

Tradunt et ante portas villarum satum remedio contra veneficiorum noxiam.

Asphodeli mentionem et Homerus fecit [2]).

---

1) Cf. Hesiod. ἔργ. κ. ἡμ. 40—41.

2) Cf. Odyss. λ 538, ω 13.

Radix eius napis modicis similis est neque alia numerosior LXXX simul aceratis saepe bulbis. Theophrastus et fere Graeci princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem et saepe duum cubitorum foliis porri silvestris, anthericum vocavere, radicem vero, id est bulbos, asphodelum.

Ex illis in Theophrasto nihil nisi haec (§ 2) . . . *μέγιστον δὲ πάντων ἀσφόδελος· ὁ γὰρ ἀνθέρικος μέγιστος.*

Plinius speciem prae se fert quasi multos Graecos auctores excusserit. At et Hesiodus iam a Theophrasto laudatus est et ne eum quidem a nostro inspectum esse nemo non videt, cum ea, quae Theophrasto attribuuntur, in illo non legantur neque hoc neque alio loco. Contra noster permulta neglexit et hic et alibi ab illo exposita. Planum est cuncta haec eum iam repperisse coniuncta apud auctorem aliquem atque aut iam ab isto minus recte excussa vel ultro commutata aliterque explicata aut ipsum res ab illo prolatas perverse interpretatum confudisse et depravasse. Hic ergo locus auctorem medium desiderat.

Iis, quae XIX, 162 de hipposelino ex Theophrasto feruntur, testatur verba illius a Plinio reapse non esse inspecta. Non enim, ut hic vult, Theophrastus auctor est hipposelinum murra sata nasci, sed ille ita dicit (IX, 1, 4): *Τὸ μὲν οὖν ἱπποσελίνου παρόμοιον τῇ σμύρνῃ. Καί τινες ἀκούσαντες, ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνα, ἡγοῦνται βλαστάνειν ἐξ αὐτῆς ἱπποσέλινον.*

Is quoque locus, cui complurium enarrata insunt — cf. ‚hipposelinum Graeci vocant, alii zmyrnium' — internuntio debetur.

Miro quodam modo hic ab Theophrasto dissentit VIII, 128, nec dispicitur, quomodo discrepantia orta sit[1]); sunt verba utriusque haec:

1) Hanc discrepantiam Aly (l. l.), ut fere, non curat. Qua re non miror, quod eius quaestiones a veritate aliquantum aberrant, gravissima re prorsus neglecta.

Plin. n. h. VIII, 128.
Mirum dictu credit Theophrastus per id tempus coctas quoque ursorum carnes, sin adserventur, increscere.

Theophr. de od. 63.
*Θαυμασιώτατον δὲ τῶν τοιούτων τὸ ἐπὶ τοῦ στέατος τῆς ἄρκτου συμβαῖνον, εἴπερ ἅμα ταῖς φωλίαις ἐπαίρεται καὶ ἐκπληροῖ τὰ ἀγγεῖα.*

Sequitur
Plin. n. h. XV, 138.
Eadem (laurus) purificationibus adhibetur testatumque sit obiter et ramo eam seri, quoniam dubitavere Democritus et Theophrastus.

Theophr. II, 1, 3.
*ἀπὸ δὲ παρασπάδος καὶ τὴν δάφνην φασὶν (γίνεσθαι), ἐάν τις τὰ ἔρνη παρελὼν φυτεύσῃ· δεῖ δὲ ὑπόρριζον εἶναι μάλιστά γε τὸ παρασπώμενον ἢ ὑπόπρεμνον.*

Contrarium utroque loco exstat. Sed quamquam his Theophrasti verbis error motus esse nequit, facile cernitur, qua via ortus sit. Scripserat enim auctor inter hosce medius rem alio consilio digerens: 'Ex subole (surculis, ramis) laurum non germinare Theophrastus auctor est, nisi id quod avellitur radicis aut stipitis aliquid subiectum habeat'. Prius noster excerpsit, alterum neglexit.

Eadem ratio intercedit inter hos scriptores de hedera ubi nascatur.

Plin. XVI, 144.
Hedera iam dicitur in Asia nasci; negaverat Theophrastus, nec in India, nisi in monte Mero, quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis, frustra; Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu victorem ex India redisse exemplo Liberi patris.

Theophr. IV, 4, 1.
*Ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ παρ' ἑκάστοις ἴδι' ἄττα τυγχάνει· τὰ μὲν γὰρ φέρουσιν αἱ χῶραι, τὰ δ' οὐ φύουσιν. Οἷον κιττὸν καὶ ἐλάαν οὔ φασιν εἶναι τῆς Ἀσίας ἐν τοῖς ἄνω τῆς Συρίας ἀπὸ θαλάττης πένθ' ἡμερῶν· ἀλλ' ἐν Ἰνδοῖς φανῆναι κιττὸν ἐν τῷ ὄρει τῷ Μηρῷ καλουμένῳ, ὅθεν δὴ καὶ τὸν Διόνυσον εἶναι μυθολογοῦσιν. Δι' ὃ καὶ Ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας*

λέγεται ἀπιὼν ἐστεφανωμένος κιττῷ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά. Τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον· περικλείειν γὰρ αὕτη δοκεῖ καὶ συνάπτειν πως τῷ πόντῳ. Καίτοι γε διεφιλοτιμήθη Ἅρπαλος ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα φυτεύων πολλάκις καὶ πραγματευόμενος, ἀλλ' οὐδὲν ἐποίει πλέον.

Et haec dissensio ita concipi potest, ut ea quae post verba τῆς Ἀσίας sequuntur, interiisse ponatur. Sed et duabus rebus aliis loci in discrimen vocantur. Accedit verbum illud ipsum: negaverat Theophrastus; forma enim plusquamperfecti medius quidam auctor vel internuntius prodi videri potest.

Non ita facilis intellectu est discrepantia de pumice.

Plin. n. h. XXXVI, 156.

Theophrastus auctor est potores in certamine bibendi praesumere farinam eam, sed nisi universo potu impleantur periclitari, tantamque refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant pumice addito.

Theophr. h. pl. IX, 17, 3.

Ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος πίνων ἐλλέβορον οὐκ ἐκαθαίρετο. Καί ποτε ἔφη πιεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος ἐπὶ τῶν σκευῶν καὶ οὐκ ἐξαναστῆναι πρὸ τοῦ δείλην γενέσθαι· τότε δ' ἐλθὼν καὶ λούσασθαι καὶ δειπνεῖν ὥσπερ εἰώθει καὶ οὐκ ἐξεμέσαι· πλὴν οὗτός γε βοήθειάν τινα παρασκευασάμενος κατέσχε· κισσηρὶν γὰρ ἐπιπάττων ἐπ' ὄξος δριμὺ πιεῖν ἔφη μετὰ τὴν ἑβδόμην πόσιν καὶ πάλιν ὕστερον ἐν οἴνῳ τὸν αὐτὸν τρόπον· τὴν

> δὲ τῆς κισσηρίδος οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι δύναμιν, ὥστ' ἐάν τις εἰς πίθον ζέοντα (οἴνου) ἐμβάλῃ παύειν τὴν ζέσιν οὐ παραχρῆμα μόνον ἀλλὰ καὶ ὅλως καταξηραίνουσάν τε δῆλον ὅτι καὶ ἀναδεχομένην τὸ πνεῦμα καὶ τοῦτο διϊεῖσαν. Οὗτος μὲν οὖν τό γε πλῆθος ταύτῃ τῇ βοηθείᾳ κατέσχεν.

Pluribus Plinius aberravit a Theophrasto. Primum apud illum non sermo est de certamine bibendi universo, sed narratur ab homine quodam aliquando magnam vim hellebori consumptam esse; tum is pumicem, non antequam biberet, sumpsit, sed post septimum potum saepiusque. Et deficiunt nostrum accuratiora de hac re. Denique in Theophrasto requiruntur verba huius: ‚sed nisi universo potu impleantur, periclitari'.

Haec sufficiant exempla, quibus probetur ne eos quidem locos, quibus laudatur nomen Theophrasti, ab ipso Plinio esse inspectos, sed per medium quendam auctorem apertos, ex quo auctore saepius sermonem contrahente vel corrigente vel dubito an minus diligenter, quae Theophrastus sensisset, exponente, quin noster sententias illius integras hauriret, fieri vix potuit. Hinc iam non ignorabis, quid iudicandum de his Plini verbis (XIX, 32): ‚Theophrastus auctor est . . . Sed neque . . . neque . . . in exemplaribus, quae equidem invenerim, tradit . . .'. Nonne idem, quod de VIII, 44, ubi de Aristotele similia hic profitetur?

Ceterum totus ille locus, quo de sparto sermo est, a § 26 inde ad 33 speciem praebet bonam et eam, quasi ex uno auctore haustus sit. Kuelb monet spartum a Theophrasto commemorari sed nominari λινόσπαρτον (cf. I, 5, 2). Sed cum nil additum sit neque ullo loco alio quidquam de illo exstet, res videtur nimis dubia.

Quae igitur ratio inter Plinium et Theophrastum intercedat, ita adumbratur: Auctorem, qualis erat ille, sibi non esse relin-

quendum hic satis intellexit. Sed sciebat id quoque, illum CCCXC annis ante se scripsisse iis temporibus, cum Alexander Magnus expeditione sua orientem primum patefecisset. Sciebat praeterea, etsi permulta et varia de situ, incolis, bestiis, plantis regionum illarum, tamen etiam multa fabulosa incredibiliaque relata esse a comitibus Alexandri et per haec quattuor saecula non modo totam artem phytologicam, sed ante cetera cognitionem stirpium orientalium magno opere esse amplificatam et correctam, praesertim ex quo et Romani illas terras adissent. Consuetudo erat veterum, quos intellegentia possessionis ex ingenio tractae defecit, ut posterior quisque scriptores de eadem re priores usurparet et ad libidinem expilaret atque potissimum auctores aetate proximos. Qua de causa Plinio licuit esse contento, si Theophrastum ex libris posteriorum sibi comparabat, a quibus illum magna cum industria excerptum esse videbat nomine illius uberrime ab iis laudato. Quae cum ita essent, Theophrasto excerpendo supersedere sibi visus, tamen, qua in phytologia ille erat gravitate et auctoritate, eius nomen in auctorum indicibus usque principe loco posuit (qua de re cf. Brunnium l. l., Alyum l. l., p. 7.) et inter sermonem, quotiescumque potestas dabatur, laudavit.

Quandoquidem vero Theophrasti historia plantarum de arboribus peregrinis a Plinio non excussa est, quaeritur, quibusnam auctoribus hic usus sit. Qua de re alio loco mox disputabo.

# VITA.

Natus sum Ioannes Georgius Carolus Sprengel, Cassellis Kal. Nov. a. h. s. LXIII, patre Hermanno, matre Maria e gente Dreydorff, quibus adhuc viventibus valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Ab aetatis anno octavo usque ad septimum decimum discipulus adfui gymnasio patriae meae, quod tum vocabatur Lyceum Friedericianum. A. h. s. LXXXI vere testimonium maturitatis assecutus Marpurgum Cattorum me contuli, ubi in philologiae studium incubui, inde post biennium Monachiam transmigravi et sex mensibus post Lipsiam; anno ibi peracto denuo adii academiam Marpurgensem. Frequentavi lectiones, quas habebant viri doctissimi *Birt*, *Bormann*, *Brieger*, *Caesar* †, *de Christ*, *Cohen*, *Curtius* †, *de Giesebrecht* †, *Hirzel*, *Koch*, *Lucae* †, *Natorp*, *Overbeck*, *Ribbeck*, *Schmidt*, *Stosch*, *Varrentrapp*, *Westerkamp*, *Wölfflin*, *Wundt*, *Zarncke*, et seminariis interfui, quae florebant rectoribus *Birtio*, *Bormanno*, *Caesare* †, *de Christ*, *Coheno*, *Hirzelio*, *Lucae* †, *Overbeckio*, *Ribbeckio*, *Schmidtio*, *Wölfflino*. Omnibus, qui me docuerunt, gratias ago quam maximas, praecipue autem Theodoro Birt, cuius summam erga me bonitatem semper grato animo retinebo. Vere a. h. s. LXXXVII postquam examen pro facultate docendi legitimum primo cum gradu superavi, in patriam meam reversus peracto anno tirocinii paedagogici, per quod tempus sodalis fui ordinarius seminarii paedagogici regii etiamnum florentis sub auspiciis viri doctissimi Lahmeyeri, ex illo tempore adhuc Cassellis pueros docui.